

## Universitätsbibliothek Paderborn


**R. P. Lvдовici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De  
Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum  
Qvae Mysteria Complectitur Incarnationis & Infantiæ Iesv Christi Domini  
Nostri, vsque ad eius Baptismum

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, 1613**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54647](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-54647)



L 11. 31

Th. 3177.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

R. P.  
**LVDOVICI**  
DE PONTE  
SOCIETATIS  
I E S V,

**MEDITATIONVM**

*PARS SECUNDA,*

QVAE MYSTERIA COM-  
pletebitur Incarnationis & Infantiae  
I E S V C H R I S T I Domini No-  
stri, usque ad eius Ba-  
ptismum.

HIS INSERVNTVR MEDITATIO-  
nes de vita B. Virginis Dominae Nostræ, usq;  
ad idem tempus.

INTERPRETE  
R. P. MELCHIORE TREVINNIO,  
eiusdem Societatis Presbytero.

---

COLONIAE,  
Sumptibus Ioannis Kinckij sub Monocerote.  
ANNO M. DC. XIII.



INDEX

MEDITATIONVM  
SECUNDÆ PAR-  
TIS.

INTRODUCTIO de perfecta Christi Imitatione.  
pag. 3.

Meditatio seu fundamentum huius partis', de infinita  
cœlestis Regis excellentia; & omnium ad eum seque-  
lam vocacione. pag. 8.

Med. 1. De Sanctissimæ Trinitatis decreto, vt secunda  
eius Persona homo fieret pro humano Genere repa-  
rando. 19

Med. 2. De infinita Dei charitate, quæ in Mysterio In-  
carnationis elucet. 29

Med. 3. De illo Dei decreto, vt ex muliere nasceretur:  
ac de B. Virginis Mariæ in Dei matrem electione. 36

Med. 4. De B. Virginis, usque ad tempus Incarnatio-  
nis, educatione. 43

Med. 5. De tempore, quod elegit Deus ad executionem  
Incarnationis. 65

Med. 6. De Annunciatione per Angelum Gabrielem  
facta. 74

Med. 7. De modo ipsum Annunciationis. 88

Med. 8. De ultimo B. Virginis ad Angelum responso. 97

Med. 9. De ipsa Incarnationis executione. 108

Med. 10. De Animæ Christi excellentijs. 116

Med. 11. De profectione Incarnati verbi in domum Za-  
chariae, ad S. Ioannis sanctificationem. 127

Med. 12. De ijs, quæ in Visitatione illa euenerunt, ac  
de Cantico Magnificat. 133

Med. 13. De S. Ioannis Baptiste Nativitate. 155

Med. 14. De S. Iosephi hæsitatione circa B. Virginis di-  
missionem. 162

Med. 15.




I N D E X.

- Med. 15. De Expectione partus B. Virginis, & præparatione ad Christi Natale. 173  
 Med. 16. De B. Virginis in Bethlehem profectio[n]e. 180  
 Med. 17. De Christi Domini Natiuitate in specu Bethlehem. 187  
 Med. 18. De Angelorum in Christi Natiuitate triplu-  
 dio, & facta pastori[bus] annuntiatione. 189  
 Med. 19. De pastorum ad Bethlehem accessu, &c. 205  
 Med. 20. De Christi Circumcisione. 210  
 Med. 21. De Nomini IESV impositione. 217  
 Med. 22. De exitu Magorum ex Oriente, ut natum In-  
 fanten adorarent. 227  
 Med. 23. De Magorum exitu ex Hierusalem, & ingres-  
 su in specum Bethlehem. 238  
 Med. 24. De B. Virginis Purificatione, & Præsentatio-  
 ne pueri IESV in templum. 248  
 Med. 25. De ijs, que in Præsentatione cum Simeone, &  
 Anna acciderunt. 256  
 Med. 26. In qua modu[m] quidam orandi traditur, appli-  
 catis internis animæ sensibus ad Mysteria que sumus  
 meditati. 266  
 Modus item alter traditur eosdem sensus applicandi cum  
 variarum virtutum actibus. 275  
 Med. 27. De fuga in AEgyptum. 277  
 Med. 28. De Infantum Innocentum trucidatione, &  
 Christi reditu ex AEgypto. 291  
 Med. 29. De Christi in templo inter Doctores mancio-  
 ne. 296  
 Med. 30. Quid B. Virgo fecerit, cum filium suum non  
 inuenisset. 302  
 Med. 31. De vita Christi Domini usque ad trigesimum  
 etatis sue annum. 316

F I N I S I N D I C I S.

E  
ONTE  
T.





*INTRODUCTIO*  
**DE PERFECTA**  
**CHRISTI IMITATIONE,**  
 QUI HARVM MEDI-  
 tationum scopus  
 est.

**M**EDITATIONES, quæ ad ILLUMINATIVAM, quam vocant, viam pertinent, de quibus in secunda hac Parte agere aggredimur: versantur circa vitæ CHRISTI Domini Nostri mysteria, ab Incarnatione usque ad Mortem eius in Crucem. Quæ (ut Paragr. 4. Introductionis prima Partus dictum est) in tres partes distribuuntur. Quædam enim circa Christi ipsius Incarnationem, & Infantiam; alia circa Prædicacionem; alia deniq; circa Passionem & Mortem eius versantur: quam sequitur vita eius Glorificata: quæ quidem iam spectat ad VIAM UNITIVAM; quamvis ab ea non multum absint etiam Passioñis mysteria, in quibus, (ut suo loco videre licebit) Christus Dominus singularem sui amoris excellètiā demonstrauit. Quæ omnia mysteria ita distinxit diuina sapiētia, ut

II. Part. Medit.

A

grata

E  
ONTE  
F.



## 2 II. PART. INTRODVC.

a Can. 2.4.  
grata quadam varietate spirituale adferant  
nutrimentum animabus, ad perfectionem ten-  
denteribus: quas supremus hic a Rex in generofsi-  
morum vinorum cellam introducit; & ex eius-  
dem mysterijs, quasi ex vasis quibusdam celesti-  
bus, feruentissimi amoris, aliorumq; accensorum  
affectionum potum educit, ac propinat; quo illas  
exhilarat, sustentat, & inebriat; eo in ipsis mo-  
do charitatem ordinans, quo actus ipse suos ex-  
eruit. Ad quos inuitans, exhortatur dicens:

b Cant. 5.1.  
Veni in hortum meum, sol or mea sponsa: mel  
sui myrrham meam cum aromatibus meis: co-  
medi fauum cum melle meo; bibi vinum meum  
cum lacte meo: comedite amici, & bibite, &  
inebriamini charissimi. Quasi nobis diceret: per  
Incarnationem meam veni in hortum Ecclesia:  
statimq; ac ingressus sum mūdum, messui myrr-  
ham multarum amaritudinum & calamita-  
tum, quas ab infante mea pertuli, cum aroma-  
tibus odoriferarum virtutum. Prædicauit Do-  
ctrinam meā, tanto reuera sensu, atque si mellis  
fauum edisse. Amori mei vino adiō sum ine-  
briatus, ut nudatus in cruce expirauerim; per  
inde delectatus calicem Passione haurire, atque  
qui vinum dulcedine lactis temperatum ebbit.  
Quapropter amici & dilecti mei, animarum ve-  
stiarum hortum & vos præparate: teneor enim  
desiderio in eius tria his similia perficiendi.

Primum: metite myrrham & variarum aro-  
matarum virtutum, quæ passiones vestras coërcant,  
& vos à peccatorum corruptione præseruent: in  
quo meam imitabimini puritatem. Mox fauum  
meum



meum cum melle suo, hoc est, excellentē, quam tradidi, doctrinam, per ceram faui, expressam ruminantes comedite: Sed ea non sola seorsimq; comedenda erit; sed simul cum virtutum herocarum, quas inse continet, quasq; melle illo dulciter nutriēte significavi, imitatione coniuncta. Sic demūm bibite, & inebriamini vino perfecti amoris mei; diuinarum, quas vobis propinabo, consolationum lacte permixto. quo hausto, facile affectibus omnium rerum terrenarum renunciabitis, usque ad ipsam, si opus fuerit, in cruce nuditatem; quod me perfectius imitemini, ac diligatis, sicut a me dilecti estis.

HAB C itaque tria præcipua sunt charitatis bene ordinata in trib⁹ suis quasi gradibus INCHOATAE, PROFICIENTIS, & PERFECTAE exercitamenta. eademq; eo ordine, quo sunt posita, fines sunt præcipui, ad quos Meditationes de INFANTIA, PRAEDICATIONE & PASSIONE CHRISTI diriguntur. De quibus tres, quæ proxime sequentur, Partes ex instituto tractabunt. Quarum haec secunda, qua est de INFANTIA, hoc alijs prestat, quod nos ad tenerorem inciteret amore suauoremq; imitationem. Sicut enim ipse, factus pro nobis infans, accommodatum & proprium infantium (vt Isaías ait) cibum sumpsit. c Isai. 5,15. & mel, ita eius Infantia mysteria meditanti⁹, Tyronibus præcipue abundantius solet diuinarum consolationum lac & mel communicare, quo facilius eos à terrenis ablactet; excitetque ad heroicarum virtutum suarum imitationem.



AD hos fines consequendos, hisce Meditationibus conandum est ipsum IESVM Christum Dominum nostrum, Deum & hominem verum certa, propria, integra, & perfecta cognitione cognoscere; quæ eò pertingat, ut ad infinitā persona illius dignitatem, inestimabiles diuitias, & gratia ipsius thesauros penetret, digno eorum precio & estimatione facta.

Ioan. 17. 3.

IN hac siquidem cognitione, ipsem dixit, vitam æternam esse, quando ex ea tanquam ex semine, proueniunt media, quibus illa obrinetur; eiusq; afflatu, e in meditatione exardescit ignis CHARITATIS, qui nos inflamat: ex quo fortitudo cordis exoritur, ad eius vitam adeo perfectè imitandam. vt (Gregor. Nysseno teste) Christianus, alter Christus possit appellari, in humilitate, patientia, & reliquo virtutibus, e modo, quo valde sapientem quempiam, alterum Salomonem appellare solemus.

Serm. de  
perfect  
forma homi.  
Christ.

P. N. Ignatius 1. Ex-  
ercit. 2. &  
3. hebda.

RATIO in horum mysteriorum Meditacionibus versandi, quò voti compotes euadamus, erit oculos in quatuor circumstantias attenere perpendendas coniçere. PRIMA est, Personarum, quæ in mysterio sunt, excellentia, & interiores earum affectus. SECUNDA, earundem verba, finisque & modus ea proferendi. TERTIA, earundem opera, actiones, & virtutes in eis elucentes. QVARTA, ea quæ eadem patiuntur, cum alijs circumstantijs Finis, & occasionum, quæ aderunt. Ex his autem singulis fructus aliquis nobis ipsis erit legendus: vt nos ad imitationem eorum, quæ imitari licet, reluisque



quosq; affectus & colloquia, quæ initio i. Partis dicta sunt, excitemus.

ATQVE hac omnia circa singula meditationum puncta sunt factitanda, seruata histeria serie, ut in ipso progreſſu licebit obſeruare. Et quoniam personarum, quæ in multis mysteriis (huius præcipue ſecunda partis) locum habent, valde inſignis eſt beatissima Virgo Domina noſtra, conandum eſt in hiſ meditatio- nibus cognitionem eius, amorem, & heroicā rū virtutum imitationem haurire. quid ab imitatione matris, gradum ad filij imitationem faciamus: ſiquidem potiori illa iure, quam Apoſtolus, dicere poſſe videtur, f. Imitatores mei f. 1. Cor. 11. 1. eſtote, ſicut & ego Christi.

Quid verò melius ad deſideratum finem, de- bitamq; eius aſtimationem nos diſponamus, multum confeſret, tanquam ceterarum funda- mentum, proxima Vocationis ad Christi imi- tationem meditatio: qua nobis eum ob oculos proponemus, iſtar excellentis cuiuſdam Regis, à Deo electi, militem aduersus hoſtes ſuos conſcribere volentis, ſubditosq; ſuos ad ſe ſe- quendum inuitantis: Victoria ac ſpoliorum co- ſortium omnibus, quoiquot iſum ad pugnam fuerint comitati, pol- licentis.

P. N. Ignatius initio  
2. hebdo.

## MEDITATIO SEV FUNDAMENTUM HUIUS PARTIS.

*DE INFINITA COELESTIS regis IESV Christi Domini nostri Excellenia, & hominum ad sequendum in uitatio-*  
*ne.*

## PUNCTVM I.



a Psal. 2.6.

Serm. i. de  
Natiuit.

RIMVM CONSIDERA, Christum Dominum esse Regem excellentissimum, ad homines regendos & gubernandos ab eterno Patre electum: qui vniuersim omnes iubet illi tanquam Regi proprio legitimo que Domino obedire. iuxta illud Davidis: a Ego auctem constitutus sum Rex ab eo, super Sion montem sanctum eius: pradicans praeceptum eius. CIRCA quam verissimam sententiam, pendenda primùm est infinita Patris eterni charitas, in hoc Rege deligendo. Volens enim aliquē dare; optimum, quem dare elegit: qui tūm verus esset homo & nostræ consors naturæ: quod suo nobis præiret exēplo, &, quasi vicem nostrā dolens, indulgētiū tractaret: tūm verus Deus, ipsius vnigenita: quod & auxilio & remedio nobis esse posset. *Nisi enim (ait S. Leo Papa) verus Deus esset, nō adferret nobis reme-*  
*dium:*



dium: & , nisi esset verus homo, non praberet exemplum.

HINC ergo Regis huius excellentiam considerare incipiam, in quo simul sunt omnes perfectissimi Regis qualitates, ut b Propheta testantur. Præcipue tamen hasce perpendam: infinitam eius SAPIENTIAM: qua necessitates omnes & miseram nostram conditionem agnoscit; & OMNIPOTENTIAM, qua potest eam subleuare; MISERICORDIAM, qua nobis ob eam compatitur; BONITATEM qua remedium ei adferre vult; PROVIDENTIAM, qua sollicitè nostris commodis prospicere studet; MANSVETUDINEM, & AFFABILITATEM, qua erga nos, vt fratres suos, se gerit. LIBERALITATEM & MAGNIFICENTIAM, qua suas nobis diuitias & quicquid habet, etiam proprium corpus & sanguinem impertit. IUSTITIAM & PRUDENTIAM in gubernatione, qua nos magna integritate & rectitudine dirigit. Eius deniq; ABERNITATEM & in cœlesti suo imperio FIRMITATEM, quæ nunquam sit fine in habitura.

Qvòd verò in his omnibus solidior euadam, terrenos Reges cum hoc coeli confiram. Illi enim c tributa & vectigalia subditis imponunt; ac seuerè exigunt: hic ab illis omnibus liberat, eorumq; debita, pro eis amanter exsoluit. Illi suos redigunt ad paupertatem, quòd ipsi abundant: hic se d ipsum facit d 2.Cor.8.9. pauperem, quòd paupertate sua dñiores suos

A 4 reddat.

## II.

b Psal. 44.3

vque ad 10

Hiere.23.5.

E  
ONITE  
T.

## III.

c Isaie 10.1.

d 2.Cor.8.9.

*reddat.* Sæpè illi a recta gubernatione deflent, ignorantia, passione, malitia; hic semper recte gubernat, quia infinitè sapiens, iustus, bonus est. Grauissimas illi subditis leges imponunt; quas ipsi non seruant: hic tum e suis statuit, tum easdem ipse custodiens, exemplo suo alios ad eas implendas animat. Illi denique ad tempus tantum sunt Reges, ut qui aliorum hominum more & ipsi intereant; eorum autem imperia siue aurea sint, siue argentea, area, ferrea, sandem comminuantur: quia basim testaceam habent: hic verò æternus est Rex, cuius Regnum nunquam finietur, quia in Deo fundatum est.

Ex tribus hisce considerationibus varijs laudis, gaudij, & grati animi affectus sunt elicendi, & firma animi decreta ac proposita concipienda, plurima tanti Regis gratia præstandi: & colloquia modò cum æterno Patre, modò cum ipso Rege eius filio, modò etiam mecum ipse instituenda: memetipsum ad hæc exhortando. O anima mea: lauda & glorifica cælestem Patrem, qui tam potentem, sapientem, sanctumque tibi Regem dederit: gaude tantam hanc felicitatem tibi contingisse: vt Regem tam tui amantem haberes: cum quo maximam possis & arctissimam inire familiaritatem. Si tanti homines faciunt, aliquo loco esse apud terrenos Reges: quanto pluris meritò facies, apud talem te Regem bono esse loco? O Rex superne, exulto gaudio de infinita tua excellentia: ob quam humili.

c Matt. II. 30

f Dan. 2. 35.

M DE P  
R F



millimè supplico, recipi me sub tutela tua. si  
enim tu me g<sup>r</sup>otexeris, nihil mihi deerit. g Psal. 22. 1.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVM secundò est,  
quem ad subditos sermonem Rex hic  
cœlestis habeat, ad patris sui a<sup>r</sup>ceptū a Psal. 2. 6.  
explendum. Mea, inquit, iustissima est volun-  
tas, bellum aduersus omnes hostes meos, b dœ-  
monem, mundum, & carnem, omniaq; vitia &  
peccata, mouere: ijsq; triumphatis, Patris mei  
Regnum intrare: qui igitur in hac expeditione  
me sequi statuerit, viuere eum oportet simili  
mecum conditione, quò simili etiam regnet,  
imitetur me in pugna; & certus sit, habiturum  
etiam se partem in victoria. Hic sermo ex eius-  
dem Regis verbis apud S. Ioan. colligitur: c Si c Ioā. 12. 26.  
quis, inquit, mihi ministrat, me sequatur: & vbi  
sum ego, illic minister meus erit. Quid est dice-  
re: ei, qui se vult obsequio meo mancipare, vi-  
uendum est, vt ego viuo; & sic æternō, quo ego  
fruor, præmio fruetur.

HIVS euocationis suavitatem & effica-  
citatem, rationesque siue causas ad tales Domi-  
num audiendum & sequendum inducentes,  
diligenter perpendam. PRIMVM, quod is,  
qui vocat, tantæ sit Rex maiestatis, tantus be-  
nefactor, & donorum profusor: qui mille me  
nominibus obsequio suo deuinxerit. DEIN-  
DE, quod proposita expeditio sit iustissima,  
plusque mihi, quam ipsi Domino commodi  
allatura, vt quæ ad hostes meos, à quibus tot



12 II. PART. FVNDAMENT.

accipio iucommoda , debellando dirigatur.  
TERTIÒ, quòd ipsemet Dominus , qui vocat,  
me ad pugnam præcedat; descenderitq; cœlo,  
quòd mihi esset exemplo : vt magnum quid  
censem non sit , si vilis miles id præster,  
quod Dux & Rex ipse præstat: cùm constet  
Gedeoni , & Abimelecho , statim ac milites  
suos exhortati sunt : d Quod me facere videri-  
d Iudic. 7.  
17. & 9. 49 tis, hoc facite: & quod fecero, settamini. absque  
mora vlla illos esse obsecutos. QVARTO,  
quòd certissimam pollicetur Rex iste victo-  
riam; tanti que momenti, post eam, præmium.  
QVINTO, quòd tanta sit gloria futura, tan-  
tusque honor tūm ipsi , tūm Patri æterno, &  
omnibus eius subditis. O Rex æterne , gratias  
ago, quòd vocatione tam suavi ad obsequium  
tuum e in funiculis Adam , & in vinculis chari-  
tatis nos trahas, tot efficacibus rationibus ad-  
hibitis. O si omnes, diuinata luce illustrati,  
eas caperent : quòd ardenti charitate ad te se-  
quendum incitarentur.

PVNCTVM III.

TERTIÒ CONSIDERANDVM,  
quam sit hominū huius mundi , ad quo-  
rum aures hæc vocatio peruenit varia  
conditio. Quidam enim ad eam obsurdescunt,  
& honorum huius vitæ amore capti , Regem  
vocantem sequi contemnunt. simulque per  
pendenda talium miserorum ingratitudo &  
infidelitas, eisque propterea compatiendum;  
ac dolendum , tantum eorum esse numerum.

II qui-



si quidem (Bernardo teste) Christiani omnes  
peruenire volunt ad Christum; sed pauci ipsius  
vestigia sequi: omnes præmium eorum, qui  
Christum sequuntur, accipere cupiunt; sed  
laborem in sequendo plurimi recusant: qui  
in suæ inobedientiæ pœnam, ad dulcissi-  
mam eius societatem non peruenient, sicut  
qui ad cœnam inuitati venire noluerunt; qui-  
bus iurauit Dominus, a quod nemo virorum  
illorum, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.  
Quibus & illud obuicetur: b Quia vocavi, &  
renuisti, ego quoque in interitu vestro ridebo,  
repugnantiam vestram æterna morte mul-  
ctando.

Serm. 21. in  
Cantic.

a Luc. 14. 24

b Proph. 1. 24

**SECUNDVM** genus est hominum, Regem  
hunc sequi, & in expeditione hac comitari  
volentium; sed minus liberaliter: contenti vi-  
delicet sunt, præcepta tanque seruare, diuitiis  
interim, dignitatibus, licitisque, quales in matri-  
monio sunt, voluptatibus retentis: ad maiore  
perfectionem pusillanimes: illi similes adole-  
scēti, qui, cūm Dei præcepta ab infantia custo-  
diuisset, auditō à Christo, veibo illo: c Si vis c Matt. 19.  
perfectus esse, vade, vende quæ habes, & dapau- 22.  
peribus, & habebis thesaurū in cœlo. & veni se-  
quere me: abiit tristis, satis sibi esse existimas se  
ea præstare, quæ consueuerat. Huiusmodi, et si  
faciunt quod ad salutē consequendam satis est  
ut tamen eorum obsequium & imitatio illi-  
beralis est; ita præmium erit exiguum. Inur-  
banitatis enim genus est, nolle militem (quod  
in se est) Ducem suum, in quibus potest imi-  
tari:

II.

C  
ONTE  
R.

tari: si quidem Rex ipse plus pro milite ipso  
facit, quam iure villo teneatur.

## III.

TERTIVM genus, eorum est, qui, ad Regem  
hunc in omnibus & per omnia sequendum, in-  
genuo se animo offerunt; non modò in ijs quæ  
præcepti sunt etiam quæ tantum consilijs, si-  
c ut ipse Rex fecit: viram hanc in paupertate,  
castitate, & obedientia ducentes; spretis divi-  
tijs; & voluptatibus matrimonij, quamuis li-  
citis; ac libertate propria reiectis: quo Regem  
suum perfectius imitetur. Hi sunt Religiosi, qui  
vt præ alijs ad ratione virtute Regis sui accedunt;  
ita maius ab eodè pignorum obtinebunt. & qui-  
dem d in hac vita centuplum illud; in futura  
aliud æternū. Ad hoc vitæ genus par erat, nos  
omnes offerre; non tam ob temporale, aut er-  
iam æternū, quod illud consequitur, præmiū;  
quam ob infinitam obligationem, qua obstrin-  
gimur, amandi & magno huic Regi seruen-  
di: & quoniam (vt Sapiens ait) gloria magna  
est sequi Dominū perfectè: erit hæc eo maior,  
quod proprius accedemus: satagētes, vt f perfecti-  
simus, sicut est Pater noster cœlestis; & Rex ac  
Magister ille, quem nobis ad imitandum pro-  
popluit. Imò qui ad huiusmodi viuendi ratio-  
nem speciali vocatione vocati non sunt, me-  
diunum ostendent, cum Regio Propheta di-  
centes: g Paratum cor meum Deus, paratum cor  
meum. Ecce me Domine, ad præcepta tua ex-  
plenda; ecce ad consilia tua sequenda, paratum  
Me ipsum amore tui effero, ad te sequendum in-

d Matt. 19  
29.

e Eccl. 2  
38.

f Matt. 5.  
48.  
Luc. 6.89.

g Psal. 107.2

pau-



paupertate, castitate, etiam libertate mea abnegata; & omnibus, quæ ad me pertinent, pro gloria tua, relictis, si ad tale virtute institutum me vocare dignaberis.

TRIPLO huic hominum generi quartū licet adiungere eorum, qui ab eodem cœlesti Rege vocantur, non solum, ut ipsi paupertate, castitate, & obedientia eum imitentur; sed etiam ut ipsius sint ad alios vocandos instrumenta; non solum cum ipso Rege aduersus proprios; sed etiam aduersus proximorum hostes pugnatur; eosdem in salutis negotio iuantes, & ( ut Sapiens ait) h<sup>o</sup> vocantes ad arcem & ad mania ciuitatis, hos est, ad altissimam Christianam perfectionem.

IN hoc genere illi sunt Religiosi, quorum vocatio est, ad imitationem Apostolorum, nō solum saluti & perfectioni propriæ, sed aliorum etiam incumbere: qualis est nostræ Societatis IESV, cuius Religiosi, IESV socios esse in hac expeditione profitentur. Et qui hac ratione vocati sunt, contentissimose ea sorte esse decet; ( si eius excellentia bene expendatur) gratiasque pro ea, vocanti agere; eidem que seipso promissimos offerre, ad quosuis labores, & profectiones ad fideles & infideles, usque ad sanguinis, ubi opus erit, pro Dei gloria, & animarum salute, effusionem; illud Isaix quouis ipsorum usurpante: *Ecce ego, i* Isaie 6.9. *mitte me, quocunque & quomodocunque volueris; paratus enim sum ad omnia, quæ mihi iniungere dignaberis.*

## IV.

h Proh. 9. 3.

E  
ONTE  
T.

II. Part.

B

P R A E-



PRAEDICTORVM  
CONCLVSI.

**E**X dictis in hac Meditacione colligere licet, quo spiritu sequentes aggressuri simus. conandum est enim singulis, iuxta variationem, ad quam quisque vocatus est, ipsum Christum Dominum, quam possit perfectissime, imitari. Si in statu est continentia, aut sacerdotij, omnes eius obligationes integrè præstando: si in coniugali, cor suum ab inordinatis affectibus rerum, quas possidet, exequendo, iuxta illud Apostoli: k Qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui emunt tanquam non possidentes, & qui vntur hoc mundo, tanquam non vntur. Sua denique bononia ita diffinientes, ne, propter illa, Christum amittant, aut eius amorem seruitiumque relaxent. Qui autem adhuc nulli sunt vita generi adstricti; cupiunt vero illud eligere, quod ad propriam salutem & perfectionem consequendam, sit illius aptissimum: scopum illum sibi præfigant, ut, quid Christus in ipsis loquatur, diligenter obseruent; quod in eo perfectionis gradu illum intentur, ad quem se ab ipso moueri sentient. ad quod multum conferent Meditaciones sexta, septima, & octauateria Partis.

MEDI-



## MEDITATIO I.

DE SANCTISSIMAE TRINITATIS Decreto, ut secunda diuina Persona, pro reparatione humani Generis, peccato Adami sauciatus homo fieret.

**N** huic & sequentium de hoc Mysterio Meditationum vestibula, operare pretium fuerit, Deum Dominum nostrum Trinum & Vnum, in Throno infinita Majestatis sedentem imaginari a Iride (ut S. Ioannes vidit) circundatum, infinita eius misericordia symbolo, tribus BONITATIS, SAPIENTIAE, & POTENTIAE infinita coloribus distincto: quibus omnia gubernat, vult, scit, ac potest nostris miserijs opem ferre: mox homines oes & me ipsum inter illos, ob Adami peccatum humiliantes, spoliatos, vulneratos, semiuios, illi misero similes, qui, b ab Hierusalem descēdens in Iericho, incidit in latrones: tres verò ipsas diuinas Personas illos aspiciētes, eorum miseriae compatiētes, ac de medio reparationis consultantes, intuebor.

PIA hac representatione pramissa, prostratus spiritu corā illo Throno, adorat ag̃ ipsa Trinitate sanctissima, humillimè supplicabo, diuina sua luce me illustreret, quōd initi illius consilij ac decreti profunditatem, quod ad nostrā reparationem elegit, bene intelligam, fructumq; ex eo capiam. Dulcis verò ac iucundus cœlestis iridis aspe-

a Apoc. 4.3.

b Luc. 10.30

c Hebr. 4.  
16.

*et tu, animum mihi addet, c Adeundi (ut Aposto-  
lus loquitur) cum fiducia ad Thronum gratiae  
eius; ut misericordiam confequar, & gratiam  
inueniam in auxilio opportuno, quod est tem-  
pore orationis.*

## PVNCTVM I.

D. Tho. 3.  
p. q. 1. a 1.  
q. 2. q. 4.  
4. a. 1.

**P**RIMVM PVNCTVM, & cæterorum fun-  
damentum erit, Decretum illud conside-  
rare, quo Deus in æternitate sua statuit,  
humanum genus ob Adami peccatum colla-  
psum, erigere; causis, quæ ipsum ad tale De-  
cretum induxerunt, diligentius perpenfis:  
aliis quidem ex parte eius misericordiæ; aliis ex  
parte nostræ miseriæ, & luctuosí modi, quo in  
eam deuenimus.

## I.

a Heb. 2. 16.  
Nusquam  
Angelos ap-  
prehendit;  
sed semet  
Abrabæ.  
b 2. Pet. 2. 4  
c Sap. 11.d 24. & 12.  
10. 20.

PRIMVM ergo considerandum, Deum duo  
creaturarum genera, ad imaginem & similitu-  
dinem suam, condidisse, quæ ipsi seruirent, e-  
umque laudarent, a Angelos & homines: illo  
in cælo Empyreo; hos in Paradiſo terreno. Vi-  
densque magnam Angelorum partem & ho-  
mines peccasse, decreuit, Iustitiae sua seueri-  
tatem in Angelos ostendere; quos ira sua sa-  
gittis transfixos, e b cælo in infernum repulit;  
nullo eis paenitentia loco relicto: in homines ve-  
ro, et si eadem ira & suppicio dignos, volunt  
infinitas MISERICORDIAE sua diui-  
tias ostendere; remedium statuens, quo ex mi-  
seria, in quam inciderant, eriperentur; & d  
lapsus sui veniam obtinerent. Nihil enim ita  
Dei misericordiam exaltat, atque peccatorum  
condonatio, & erga proprios hostes commi-  
feratio.



seratio. Nec porrò decebat Misericordiā huic occasione, ex qua tantoperè exaltaretur, se se subducere. Quare verissimè dixit Apost. e Ap <sup>e Tit. 3. 4.</sup> paruit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitia, quæ fecimus nos; sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Cuius benignitatis causâ infinitas ei debent omnes homines gratias agere, atten- dentes quod, cùm viles omnino essent, ac di- gni, in quos diuina iustitia severissime anim- aduerteret; misericordia tamen inter ipsos ac Deum se se interponens, eos ab ea severitate protexerit: quod non fecit cum Angelis, mul- tò nobis nobilioribus. O æterne Deus, verè mi- sericordiarum Pater, qua ratione tanto bene- ficio poterimus respondere, quo immerenti- bus remedium, ad veniam peccatorum obti- nendam, dedisti! Laudent te pro tanta hac gra- tia Angeli illi, qui fideles tibi in cœlo persti- terunt: Agnoscant illam, fructumque ex ea capiant homines, qui sunt in terra: & anima mea deficiat amore tui, multitudinem can- tans, & magnitudinem misericordiæ tuæ, cu- ius intuitu omnia mea peccata mihi dimitti supplico, gratiamque conferri, ad illa nun- quam reuertendi.

E A N D E M porrò considerationem opportu- nè mihi ipsi accommodabo, perpendens: quod, et si Deus misericordiā suā statuerit peccatori- bus veniam; ac reipsa det eam illis, qui verò dolore & penitentiā se se ipsi submittunt; re- belles tamen severa iustitia, sicut Dæmones,

repeilit ac damnet. Quare sollicitè mihi curandum est, ne misericordiæ resistam; nisi velim seueras iustitiæ manus experiri.

## II.

SECUNDО loco perpendendæ sunt cause, quæ modo aliquo diuinam misericordiam ad miseriæ nostræ compassionem permouerunt. Quarū vna illa fuit, quod Adamus præuaricatione sua nō sibi soli nocuerit, sed in posteros etiam suos illam transfuderit; quos propterea necesse erat peccatores, & æternæ mortis carcerisq; reos nasci; quam tamen præuaricatione non voluntate singulorum propria, sed quam in primo parente habuisse censemantur, incurserunt. Cùm verò Deus tantoperè in misericordia excelleret, non potuit eius clementia ferre, totum suum opus, ob vnius culpatum, ita miserè perire; & spectabilem hunc mundum, qui hominis causâ conditus erat, fine suo frustrari, peccatori, & creaturis sui inimico serviendo. Quare tanto malo remedium adhibere decreuit. Ex quo duas confidentiæ, de diuina misericordia, causas eliciam; quas ut duo nomina siue titulos ad propriæ miseriæ remedium impetrandum, possim exemplo Dauidis allegare. Altera est, quod in

f Psal. 50. 6

g Psal. 137. 8

h Sap. 11. 25.

i e in finem, aut odisse,

qui h

nihil odit eorum

qua fecit.

O Misericordissime Pater,

qui mal-

sam, ex qua filij tui formati sumus,

perspectam

habes: quæ à te quidem bona prodiit, sed fuit

ab



ab Adamo corrupta: compatere nobis, & repara illatam ab eo corruptionem: quod bonum a te conditum restauretur. Manus etiam meæ deleuerunt, quod tuæ fabricarunt: reparent ergo tuæ gratiâ, quod meæ culpâ destruxerunt.

**A L I A** causa ad compassionem mouens fuit, quod homo peccauit quidé, sed tentatus & inductus à Dæmone, eius bono inuidente, & in Deum ipsum rabie quadam acto: qui hac ratione vindicta de creatore sumere conabatur; in creatura quam ab eo diligi, & in qua eiusdem imaginè expressam esse videbat. Propterea ergo Deus compassionem motus, hominis causam ut propriam accipiens, remedium illi statuit adferre; ne semper hostis de victoria gloriaretur. Ideoq; statim, post Adami lapsum, serpenti, hoc est ipsi Dæmoni denunciauit: i *Gen 3. 15.*

*i Inimicitias ponam inter te & mulierem: & semen tuum & semen illius: ipsa cõteres caput tuum. & vincet eum, à quo viæta fuit; ac de suo triūphatore triūphabit.* Ex quo etiâ spes mihi fit, quod mihi quoq; compatietur; meamq; causam ut propriâ accipiet: siquidé cādem nunc me Dæmon persequitur inuidiâ ac rabie, qua primū hominem. Ideoq; cum Davide licebit dicere:

*k Exurge Deus, iudica causam tuam. & iuuia k psal 37.*  
me gratiâ tuâ, serpentis caput conterere; qui, 22.  
quod te odio habeat, semper me persequitur.

## P V N C T V M II.

**S**ECUNDО ipsum Sanctissimę TRINITATIS Decretū est perpendiculari, quo statuit secundam Personā, hoc est *Filum*, fieri

B 4 homi

C  
ONITE  
F.

hominem, & humanum genus Adami peccato sauciatum redimere. Expendendæ etiam sunt eius Decreti causæ, tam ex parte nostra, quæ est nostra necessitas & miseria: quam ex parte Dei, quæ est infinita eius misericordia.

CONSIDERABO ITA QVS PRIMVM:  
Sanctissimam TRINITATEM in æternitate sua,  
plura vidisse humanæ reparationis media. Nam  
aut pura meraq; misericordia peccatum poterat  
condonare; aut creare nouum hominem, qui pro  
cæteris satis faceret; aut cura hanc Seraphinis  
committere. Sed noluit, quod facilius aut mi-  
nus perfectum esset, eligere; nec alteri alicui  
præclarum hoc opus committere: sed aptissimum,  
quod esse posset, medium elegit: hoc est, ut  
spartam hanc ipse Dei filius assumeret; homo-  
que fieret, ut hominem redimeret. Nullum ita-  
que aptiorem reparatorem, nullum potentius  
remedium, nullam copiosiorem redemptio-  
nem nobis potuit adhibere; dum voluit, aibi  
abundavit delictum, superabundare & gratiam.

## II.

DE IN DE: quod veritas haec appareat magis,  
expende, quid primus homo fecerit contra DE-  
VM; quidq; Deus versus hominem faciat: & utri-  
usq; cogitationes inuentionesq; inter se inui-  
cem confer. Adamus, n. superbè disponebat,  
contra Deum sese erigere, eius diuinitatem &  
sapientiam, rerumq; omnium imperium sibi usur-  
pare: ob quod scelus, cu dgnus esset, qui à Deo  
humiliaretur, & odio haberetur, totaque eius  
natura in nihilum redigeretur: Deus tantum  
malum pro malo reddere noluit: sed infinita

a Rom 5.20.

sua



suā bonitate, non solum iniuriam condonare statuit; sed insuper tale remedium inuenit, quod sibi quidem summæ affectioni & labori esset; homini vero honori & utilitati. Nam b. cūm di-  
uiū ipsum verbum in forma Dei esset. semeli-  
psum exinanivit, formam servi accipiens, in si-  
militudinē hominum factum, inimici sui natu-  
ram mortalem & patiblēm induit, sibiq; in v-  
nitate personę coniunxit, quod eum à summa, in  
qua, ob culpam iacebat, miseria erigeret; & ad  
summum honorem & felicitatē, quam ipsius  
gratiā habere poterat, eueheret: quandoquidē  
(Augustino teste) Deus factus est homo, quod Serm. 9. de  
homo fieret Deus: & virtute Dei incarnati, ho- Nat.  
mines Dei fierent participatione.

b Phil. 2. 6.

ET tandem, inspecto hoc diuino decreto,  
in admirationem rapiat & stuporem de infinita  
Dei bonitate & misericordia: quam modō  
cum Moysē extollam, dicens; c O Dominator c Exo. 34. 6.  
Domine Deus, misericors & clemēs, patiens &  
multe miserationis, ac verax, qui custodis mis-  
ericordiam in illis: qui auferas iniquitatem &  
scelerā, atq; peccata: nullusq; apud te per se in-  
nocens est; nisi tu dederis: modō Seraphinorū  
instar, Dei faciem pedesq; operiam, hāc Diui-  
nitatis cum Humanitate vnitatem venerans,  
clamansq; d Sanctus, Sanctus, Sanctus, Domi- d Isai. 6. 3.  
nus Deus exercitum: plena est omnis terra glo-  
ria eius, ob misericordiæ magnitudinem. Aliás  
cidē huic Domino gratias agam pro tam glo-  
rioso hoc beneficio, in hunc modum: O Deus  
externe, pro admiranda hac in meum commo-

B 5

dum



dum inuentione, qua vt altitudinem tuam mihi communicares, vilitatem meam assumpsti, summas gratias ago. Concede mihi, quælo, vt tuo me subiiciam obsequio: sicut te pro meo remedio demisisti: præstemque ego summum, quod tui obsequij causa possum; qui summum quod potuisti, mei causa præsticisti. O anima mea, fac Dei tui amore quidquid potes: siquidem totum id satis parum erit, si cum tuo debito illud contuleris. Disce Deum plurimi estimare, quo te ipse aestimet. & cum ipse tanto per te exaltauerit, ne quid, quod à tali dignitate degenaret, admittet.

## P V N C T V M III.

**T**ERTI ò considera, hoc INCARNATIONIS mysterio voluisse Deum, infinitam perfectionum & virtutum suarum excellentiam nobis manifestare; dum eas, magnæ utilitatis nostræ causâ, in summa, quam habere poterant, perfectione exhibuit. Quod comprehendere licebit, de præcipuis illarum ratiocinantibus.

I. PRIMVM, infinitam suam BONITATEM manifestauit, dum maxima, quâ potuit communicatione esse suum personale, naturæ humanae coniunxit: cognitionem hac ratione cum toto hominum genere contrahens.

II. CHARITATEM ostendit, dum tam arctâ vnitione hanc naturâ sibi connexuit, ut vnu idemque Deus esset & homo: quo oës homines vnu essent amore cù Deo: largiente ipso illis gratias ac liberaliter, q plurimum ipse amabat;

acæstis.

M  
DE  
P  
R

a Leo ser. I.  
de Nariu.



ac estimabat : & a cum eo reliqua omnia. a Rom. 8.32.

MISERICORDIAM infinitā ostendit, admirando eam nexū, germanaq; cognatione cū iustitia connectens. Neq; enim maior esse potuit misericordia, quam quod ipsemet Deus in persona sua ad miseras nostras reparandas venerit; tristitięq; capax fieret, quod earū compassionē tangeretur. Nec exactior esse IUSTITIA potuit, quam quod idē ipse Deus, homo factus, debita nostra per solueret, admissa in se mortis pœna, quam nostra fuerat merita culpa; nec arctius germanitatis vinculū, quam reliquis hominibus eam solutionem misericordiā tribuere, quam Deus homo iustitia pro meritus fuisset. His excitabo confidentiam consequendi ab eo omnia, quæ mihi expediunt: si quidem ea omnia, quæ sua ipse meritus est iustitia, mihi applicat misericordiā.

SAPIENTIAM quoq; immensam ostendit, dum talem modū & rationē inuenit, quā tum res adeò dissimilat, Deus scil. & homo; æternū, & temporale; patibile & impatibile coniungerentur: tum difficilis ille nodus solueretur, ut peccata nostra ita misericordiā condonarentur; ut iustitia nullū propterea detrimentū sentiret.

OMNIPOTENTIAM suam in eo manifestauit: quod hominis honorādi & ditandi gratiā, summum, quod potuit, fecit. Nam in diuinis omnibus operibus, nullum est eo sublimius, quo Deus factus est homo.

OSTENDIT demum SANCTITATEM suā infinitā, & virtutes reliquas, dum eas Deo homi.

III.

IV.

V.

Damasc. 3.  
de Fide Or.  
thod. initio.

VI.

VII.



homini factō infudit: quo illarum omnīū exemplar esset spectabile: & nos ipsostali exēplo ad imitationē prouocaret. gratiā interim suā nos iuuans, ne quis se posset excusare. Si enim Deus proximos diligit: quis ab ea dilectione iure se excusat? Si Deus inimicis suis be nefacit; quis noceat suis? Si Deus lese demittit; quis se exaltet? si Deus patitur & tolerat; quis sic impatiēs, & ferre nolit? & si Deus obediit; cur non obediat homo?

SEPTEM ergo hæ diuinæ perfectiones, quæ in hoc Incarnationis opere eminent, incendiua mihi esse debent ad septies in die, & septies millies si fieri posset, Deum laudādum, amandum, eiq; maxima, qua possum perfectione ser uiendum. Si enim, antequam Deus homo fieret, exigebat à nobis b. amerem ex toto corde, extota anima, mente, & viribus; quanto potiori nunc iure hunc amoris gradum, & in servitio suo feroarem exiget? Cumq; amoris probatio (Gregorio teste) operis sit exhibitio, necesse est, reipsa hunc amore ostendere: studendo excellentissimas illas perfectiones: quæ in hoc opere nobis sunt manifestatæ, pro viribus imitari BONITATEM, inquā, CHARITATEM, LIBERALITATEM, MISERICORDIAM & reliquas, quas imitari licet: nominatim vero illas, quas incarnatus Deus ad nostrum exemplum in mundo exercuit.

O TRINITAS beatissima, quas tibi, ob manifestatas hasce excellentias, referam gratias? quas haec tenus quidem intra pectus tuum clau

b. Deut. 6. 5.

Greg. hom.  
37. in Ewang.



fas retinebas; nunc verò in hoc opere spectabiles nobis fecisti. Quid offerre possum, quod exiguum non sit, ad tantum donū? Quomodo eius causa te diligam, & seruitio tuo dignum aliquid faciam? Ecce me, Domine, totum divino tuo obsequio dicatum, cupientem ita diligere te, ut à te sentio me amatum; & virtutes mihi ostensas imitari, & siquidem, quod plus est, donasti: da etiam quod est minus: ut te diligam propter infinitum hoc in me collatum beneficium. Amen.

## MEDITATIO II.

**DE INFINITA DEI  
CHARITATE, QVAE IN MY-  
STERIO INCARNATIONIS ELUCET, AC DE INGEN-  
TIBUS BONIS EX EO NOBIS PROUENIENTI-  
TIBUS.**



VAMVIS diuina omnes perfectiones in Decreto Incarnationis, ut diximus, emineat, omnes tamen excellit charitas, de qua (reliquis in 6 parte rejectis) hac instituetur Meditatio. cuius Thēma & Argumentum erit Christi sententia Nicodemo proposita. <sup>a</sup> Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: ut omnis qui credit in eum non pereat; sed habeat vitam æternā. Quibus verbis tria huius mysterij potissima membra

<sup>a</sup> Ioan. 3.16.  
<sup>1.</sup> Ioan. 4.9.

com-

CONTINENT.

compendio complexus est Christus: Præcipuum eius fontem, ex quo charitas illa manauit; eius excellentiam; & finem effectusq; eius admirandos.

## P V N C T V M I.

Sic Deus dilexit mun-

## I.

b Ephes. 2. 4

P RIMVM omnium est perpendenda infinita eius, qui nos dilexit, & excellentissimum hoc beneficium contulit, magnitudo; cum quasi si eius, qui dilectus est, cuique hoc beneficium est collatum, vilitas conferatur, erit propè infinita.

ORIGO præclarissimi huius beneficij, fuit charitas Dei infinita, qui vtilitatis aut beatitudinis suæ intuitu, neminē, extra seipsum, amare opus habet, quiq; sui ipsius aspectu & amore, infinitè beatus est. Nihilominus merā suâ gratiâ voluit creaturas amare, eisq; benefacere, eo solo nomine quod ipse bonus sit; & ut in eis diuitias suæ bonitatis ostenderet, iuxta illud Apostoli; b Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam dilexit nos. quasi nobis diceret, non dilexit nos Deus, quod nostri indigeret, aut quod nos id iustitia meriti essemus: sed quod eius misericordia miseriæ nostræ compassia sit; & charitas suffundere se voluerit, ut amaret nos.

## II.

DEINDE pergam considerando, infinitam Dei charitatem ulterius multò progressam esse, quod M VNDVM tale diligere voluerit: mundi enim nomine multitudinem intellexit hominem peccatorum, qui non modò in Adamo peccasse, & originalis illius culpæ maculam

con.



contraxisse censemur; sed sponte etiā ac voluntate propria in grauiſſima postea actualia scelera ſunt prolapsi: ob quae non ſolum dilectione digni nō erant; ſed odi; potius rei conſtituti fuerunt. Non itaque ſolum dilexit Deus homines, antequam eſſent; ac proinde nec amici nec inimici; ſed etiam cum inimici, rebelles, & innumeris beneficiis, quae acceperant, ingratissimi eſſent: quod infinitos misericordiae & charitatis ſuæ theſtauros maniſtare et.

CONFERAM TERTIÒ quae Deus in cælo, cum ijs quae homines in terra faciunt: perpendens quod Deus mundum, à quo odio habetur, diligat; mundus Deum, à quo diligitur, detestatur; mundus in Deo offendendo occupatur, cum Deus in bene eidē faciendo veretur. Obſtupescam detestandam mundi iniqitatem; & admirabor infinitam Dei charitatem. O Deus infinitæ maiestatis! quomodo mundum infinitæ vilitatis dignaris diligere? qui noſti, qualis ille fit: quomodo non illum potius perhorreſcie? quomodo tantum ſcelus non mergis in profundum, aut in nihilum redigis? Benedicta fit immensa iſta tua charitas, in cuius ſinu amor erga ingratissimam creaturem tantum locū habet. Ostende eam erga me Deus: vt ſicut tu me; ita ego te diligam, tibiq; vt par est feruiam. Hæc tria mihi ipſi applicabo, me ipſum loco mundi collocans: qui vt ingratissimus Deum horruerim & offenderim: nec propterea, ille me diligere intermisſerit,

cupiens

III.

ENTE  
P.

cupiens benētaciendo mihi, in suum me perducere amorem.

## P V N C T V M II.

I.  
Vt filium  
suum uni-  
genitum  
daret.

a Col. 2. 9.

b Iean. 1. 16.

c Iean. 3. 16.

**D**EIN DE, ipsius doni à Deo mūdo oblati magnitudo infinita perpendicularis est: ipse enim est vnigenitus Patris aeterni filius. Illud autem hic in primis obseruatignum est: Dei amorem non in solis verbis, aut pulchris verborum lenociniis positum esse; sed in verè ac reipsa benefaciendo dilectis, ei vero præ aliis, quæ plus diligit. Hinc est, quod ad infinitam huius amoris magnitudinem ostendendam, preciosissimum quod habuit nobis donavit, hoc est æqualis dignitatis, vnumque ac eundem Deum secum, qui est vnigenitus filius eius: volens illum hominem sicut nos fieri; a eo in ipso inhabitare omnem plenitudinem disiunit atque corporaliter. b eo de plenitudine eius nos omnes accipere. Propterea ipse Christus Dominus noster, ut diuinam amoris magnitudinem excoolleret, dixit: c Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, quasi diceret, non potuit amplias Deus mundum diligere, qui filium suum, nec qualemcumque, sed naturalem & unicum illi dedit. Loco vocis illius: Dilexit, similes alias licebit substituere. v.g. tanti Deus mundum fecit; ita honorauit, glorificauit, exaltauit, ditanit, protexit, vt filium suum vnigenitum daret: idque merâ gratiâ, cum sit nemo qui tantum possit donum promereri.

Mox



Mox perpendam, Cui donum hoc sit collatum? peruerso, inquam, ingrato & non agnoscendi, adeoq; bestiali mundo, venientem magnum illum Dei vnigenitum ad cohabitandum, dnon cognoverit, non aestimauerit, non, ut par erat, sit reueritus; nec pro accepto tanto honore & beneficio gratus esse nouerit. Quare si, quod Deus hominum gratia praestat, dum vnigenitum suu ei dat, cum eo conferam, quod homines aduersus Deum faciunt, dum tantum beneficium non agnoscentes, ipsum offendere audent; vehementer diuinam Dei charitatem admirabor, optans, illum pro tanto beneficio serio amare, & reipsa amorem huc ostendere: ut, sicut Deus unicum, quem habet, filium mihi dedit; vicissim ego unicum, quem ab ipso accipi, animam eidem reddam; & cor ipsum, memoriam, voluntatem, mentemque meam, & sensus omnes facultates in amando ac seruendo tali Petri, qui talem mundo filium dedit, omnino collocem.

O PATER AETERNE, quantas possum maximas gratias tibi ago, pro infinita tua erga nos charitate, quam tibi charissimam & pretiosissimam nobis dedisti. Cupio Domine amare te, ut sentio me amari a te: ideoque pretiosissima, quae habeo tibi tradita: accipe cor meum, in pignus ac recognitionem tanti amoris tui: ut ex hoc nunc e non verbo & lingua et. Ioan. 3. tantum, sed opere & veritate diligante, gloriamque tuam semper, absque prophani cuiuspiam admixtione queram.

2. PART.

C

PVN-

## II.

ENTE

## P V N C T V M II.

*Vt omnis qui credit in eum non pereat sed habeat vitam eternam.*  
a Ioan. 3.16  
b Ioan. 12.  
47.

I.

II.

**T**ERTIUS, considerādus est finis, ob quem Deus vñigenitum suum mundo dederit; & commoda, quæ hominibus inde proveniunt. *a vt omnis, inquit, qui credit in eum non pereat sed habeat vitam aeternam.* Perpende igitur, eundem filium Dei ad hoc venisse in mundum. *b vt (quod ipsemet est testatus) saluficerit mundum, perfectissima quadam salutione, quæ in duobus cōsistit.* PRIMVM, quod remouet omnia, quæ causa sunt, cur ille pereat & damnetur: dum peccata illi condonat; à dœmonis servitute vindicat; ab æterno inferni carcere, reliquisq; miserijs culpæ annexis, atque ad eandem impellantibus eripit. SECUNDVM, quod vitam dat gratiæ, cum ceteris supernalibus virtutibus, eam comitantibus, ac vitam demum æternam. In quibus duobus innumera alia includuntur, de quibus in posterum dicetur. DENIQUE, vt si ē magni huius beneficij cōsiderationi imponamus, vult Deus illud ad omnes huius mundi homines extendi, cuuscunque illi status sint & conditionis; nomine, quod in ipso est, excluso, qui fide viua credens in eum velit, quorum nullus peribit; sed omnes vitam æternam consequetur. Quod si ita est, ad me quoque beneficium hoc spectare int̄ ligam: licebitque, mihi ipsi verba illa omnia accommodare, vereque dicere: *Si Deus dilexit me, vt filium suū vñigenitum habuit; vt credens in eum fide viua, non perde-*

TEAM,



ream, sed habeam vitam aeternam. O uirginis  
te Patris fili, quas tibi grates referam pro eo  
quod in mundum hunc veneris, nos à tantis  
malis liberaturus, & ad tanta bona deductu-  
rus? Tu nostra peccata condonas, infernum spo-  
lias, Paradisi ostia pandis, Daemonem vincis,  
de mundo triumphas, carnem nostram do-  
mas, imminentia nobis pericula auertis, tri-  
stias solaris, opera nostra viuificas, merita  
promoues, perseverantiam in tua gratia lar-  
giris; ac denique tuā nos gloriā coronas. He-  
rum nihil absque te habuissimus; & omnia  
per te habemus: per quem benedictiones om-  
nes cælestes, & misericordiae, quæ terram re-  
plent, ad nos descendunt. Sit semper benedi-  
ctus Pater, qui te nobis dedit: sisque tu, fili, be-  
nedictus, qui ut nobis subuenires, remedium  
tantum attulisti. Subueni mihi, Domine, effi-  
caciter, ne peream; sed aeternam per te vitam  
obtineam.

Ex dictis in utraque proxima Meditatione  
constat, causas & incentiua Incarnationis ad  
tres ordines reduci posse, inter annalorum ca-  
tena instar coherentes. Vnus est ex parte  
perfectionum diuinarum; quò scilicet illa ma-  
nifestetur: Secundus ex parte nostrarum mi-  
seriarum; vt illa reparentur: Tertius ex parte  
supernaturalium diuitiarum gratia & gloria;  
vt illa nobis communicentur. Ex quibus tribus  
fortissimus funiculus, est contexendus, quo  
nos ipsos diuino verbo colligemus, perfectoque  
amore connectamus: cum tot sint amoris huic

C 2

ex-

D N T E  
E.

excitamenta, quot sunt perfectiones diuinab*is* manifestatae: quot miseria nostra, à quib*us* nos liberavit; quot denique gratia, quā n*on* est promeritus.

## MEDITATIO III.

**D E DIVINO ILLO  
DECRETO, QVO DEVS STU  
tuit, ex Fœmina nasci; & de B. Virg  
inis in matrem suam electione, ac singu  
laribus gratijs eidem in punto  
sue conceptionis ad id  
collatis.**

## P V N C T V M I.

D. Thom. 3.  
p. q. 32. a. 4.

a Gal. 4. 4.

b Gen. 3. 51.

I.



RIMVM considera: Deum, eis, postquam homo fieri decrevit, perfecti viri corpus, quale fuit Adami, accipere potuisset, non tamen ita fecisse; sed a *ex muliere* nasci. (vt Apostolus ait) matremque, vt ceteri homines, habere voluisse; idque in ipso mundi initio reuelasse, cùm serpens dixit: *benigna mulier caput eius constiturum*. Ad hoc statuendum aliquæ illum causæ induxerunt, quibus infinitam suam, in commodum nostrum charitatem aperuit. PRIMA, quod diuina bonitas, quæ suis creaturis adeò libenter se communicat, amplius sese diffunderet, in utrum

que humanæ naturæ sexum : virum quidem ad infinitam filij Dei naturalis; foeminam autem, ad matris ipsius Dei dignitatem euehendo: quæ (Sancto Thoma teste) quodam modo est et iam infinita . Quo quidem facto certum nobis pignus & arrhabonem dedit, se omnibus, nemine excepto, benefacturum . c Nam (yt Apostolus ait) in Christo Iesus non est iudicium neque Graecus; non est seruus neque liber; non est Masculus neque Fœmina . SECUNDA causa fuit, vt perditio nostra, quæ à viro & foemina originem duxit, ab alio viro & foemina reparari inciperet. à viro quidem præcipnè tanquam à capite, & vnico Mediatore nostro, Patre que futuri seculi ; sed ab eius Matre tanquam coadiutrice in opere Redemptionis. Ad quos propterea in nostris necessitatibꝫ recurseremus eā confidentiā , qua solemus ad patrem matremque confugere. NOMINATIM etiam voluit Christus habere matrem , vt ea peccatorum quoque Mater esset & Aduocata, vt si qui pusillanimes ad ipsum accedere timerent, vt potè non hominem solum & nostrum Aduocatum, sed Deum simul ac iustum Iudicem; ad Matrem suam confidentius confugerent, ad quam iudicis munus non pertinet, sed tantum Aduocatæ illa autem, vt misericordia, pietatisque mater, pro omnibus intercederet. Quo facto satis nobis ostendit Deus, quanto perè nostram salutem, eiusque consequendæ fiduciam exoptet, qui tot ac tam suavia efficaciaque media ad eam adiuuerit.

C 3

GRA-

S. Thom. 1.

r. q. 25. a. 6.

ad 4.

c Gal. 3. 28.

2.

3.

E  
N  
T  
E  
R

GRATIAS tibi ago Pater æterne, quodculam patrem & matrem ex nostra ipsa natura nobis dederis, per quos gratiam tuam securè obtainere possimus. Et tibi etiam gratias o' verbum diuinum, quod matrem habere volueris, quæ simul nostra esset; per quam accessus pateat ad Thronum infinitæ misericordiæ tuæ; ne nos seuera tua iustitia condemnet. VLTIMA causa fuit, quia cōplacuit Deo, ut fieret pro nobis infans; matremq; haberet in terra, cui obtemperaret, & cui te aliorum hominum more subiiceret: quod nobis, humilitatis, aliarumq; virtutum, magis insigne præberet exemplum. *4.*  
quo Meditatio 9. & sequentibus agetur.

## PUNCTVM II.

**S**ECUNDÒ consideranda est Electio ipsius Virginis Dominae nostræ in Dei Matrem: acq, expendendum, quo pacto sanctissima Trinitas inter innumeratas feminas, quas in æternitate sua præuidit, oculos suos in ipsam B. Virginem gratioè coniecerit, eandemque ad maxima illa, quæ proximo punto possumus, numia elegerit, ut esset inquam incarnati Verbi diuini mater; ac ad mundi Redemptionem cooperatrix: mater & adiutoria hominum: & cui ipsem Deus, quæ homo erat, se subiiceret & obediret. Electio hæc (vt placet sanctis patribus) radix fuit certorum donorum & Magnalium huius Dominae, quam propterea ipsa plurimi semper fecit, grataque pro ea fuit, bene conscientia, tam absque

Frane. Sua-  
reto. 2. 18  
3. p. Dif. I.



absque ullis suis meritis collatam, ac proinde  
merè gratuitam, fuisse. Sicut enim ipsam ele-  
git Deus in matrem suam, potuisset alias plu-  
rimas elegisse; talesq; illas, qualis ipsa esset, fe-  
cisse. Sed ego exultabo, quod tam felix illi sors  
contigerit; & eo nomine ei congratulabor, di-  
cens: Gaudeo Virgo SS. te ad tantam dignita-  
tem, quanta est, eius esse matrem, cuius sis filia,  
euectam esse. & quoniam cum ea dignitate si-  
mul tibi datum est, peccatorum esse matrem  
& aduocaram; monstra te esse matrem, nobis  
fauendo; & intercedendo, ut digni efficiamur  
eius esse filij, cuius tu es mater.

## PUNCTVM III.

**H**INC gradum faciam ad cōsiderāndūm, *Prædicta*-  
Deum, qui in æterno suo consilio hanc nō B. Virg.  
Virginem sanctissimā in matrem suam  
elegit, simul eandem elegisse in excellentissi-  
mum ipsius misericordiæ vas, in quo magnalia  
gratiæ & gloriæ, quæ talis filij matrem dece-  
rent, reponerētur; ac proinde maxima quæ pu-  
ræ creaturæ cōcedi possent, reponerētur. Quo *S. Thes* 3.p.  
nomine de ea dicitur, quod sit a *Electa* ut *Sol*. vt q.7.a.10. cō-  
enim Sol unicus est, &c, inter astra cetera, ex- *An. de Nat.*  
*cellentia* singularis: ita virgo haec electa est, *Gratia*  
ut inter puras creaturas unica esset ac singula- *e. 36.*  
rissima in donis gratiæ, cui alia nulla par esset.  
Hoc licet generatim colligere ex illo Apost.  
*b. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem,* *b. Ephe. 1.4.*  
vt essemus sancti & immaculati in conspectu  
eius in charitate. Nam, in toto illo Electionis



I. genere, eminentissima fuit ipsius B. Virginis Electio. PRIMVM quodelecta fuerit, vt omnibus Sanctitatis gradibus, & omni genere gratiarum ac virtutum, quae creaturis alijs communicae erant, & maiori adhuc excellentia, ipsa eminaret. Nam (vt S. Hieron. ait) gratia omnes,

*Tom. 4. ser.  
de Assump.*

quae diuina alijs sanctis sunt datæ, Mariae fuerunt simul plenissimè concessæ: eo quod ex ea nasciturus esset auctor ipse gratiarum Christus

*¶ Dan. 9.24 IBSVS. qui cū sit c Sanctus Sanctorum, sanctificat Psal. 45.5. care eā voluit, quæ ipsius futura erat d tabernaculum: vt ipsa etiæ inter creaturas Sancta esset Sanctarum, & omnibus in sanctitate superior.*

### II.

SECUNDÒ, electa fuit, vt pura & absque macula esset in omni gradu puritatis, qui possit in pura creatura esse, nulla culpa, nec vestigij De conceptione quidem eius admixtione. Quia (S. Ansel. teste) decebat, Virginem tanta splendescere puritate, qua post Deum, nulla esset excelsior, vt quæ mater eius esset futura, qui est ipsa puritas; quiaq; vt, quæ Deus est, purum & ab omni peccato mundum habet Patrem, ob diuinam eius essentiam; ita, quæ homo est, matrem haberet puram & mundam ea ex speciali dono puritate, qua terrena Mater similis fieret Patri coelesti.

### III.

TERTIÒ, fuit electa, non vt quouis modo sancta esset & absque macula; sed vt talis esset in conspectu ipsius Dei: hoc est nō in specie tantum, & ficta, sed vera; non externâ tantum, sed internâ etiam Sanctitate in Dei conspectu ambularet: tum in diuinitatis præsencia, oculos



oculos mentis in eā ita coniiciens ut in omnibus actionibus suis, fidelis filia, grataque esse studeret; tūm in conspectu incarnati Dei, cui tanquam mater indulgens, blanda & materna officia ei exhiberet: & vtroque nomine ardētissima charitate diligenter. quibus obsequiis innumera & præclarissima sibi merita cumulauit: ob quæ postea, in optata, cum clara visione, præsentia, cumulatior sibi quā aliis gloria communicaretur. Quæ omnia ab infinita charitate, qua Trinitas sanctissima præ aliis omnibus eam dilexit, ac ad tantam gloriam prædestinavit, profluxerunt. Pater quidem ea illi præstitit, quod filij sui naturalis mater esset futura; Filius, quod ipsius propria, Spiritus sanctus, quod huius filij veri Dei & hominis conceptionem in ea esset perfecturus.

HIC finis est Electionis & Prædestinationis B. Virginis, cuius causa laudanda est ipsa Trinitas sanctissima, & gaudendum de gloria, quæ ex ea orta est ei, quam matrem agnosco. & quoniam idem Deus, infinita sua charitate, me quoque vocauit, vt in eius *conspectu sanctus essem* & absque macula, meritò ipsam Virginem tūm tanquam perfectissimam horum omnium exemplar accipiam, vt in tribus illis, quæ dixi, imitari eam studeam, tūm tanquam Aduocatam, vt eadem mihi à filio suo impetreret: me interim quod in me erit, iuxta S. Petri consilium, e Satagente bona opera certam meam vocationem & electionem facere.

c. 2. Pet 1. 10



O VIRGO SANCTISSIMA, totamente exulto, quod sis ut sol electa, in qua nulla sit culpæ obscuritas, sed maximus gratia splendor; ex quo postea clarissimum gloriosum, reliquos sanctos, sicut sol stellas ceteras superans, orietur. Fac mecum solis officium, illuminans tenebras meas, quod purus & splendens tanquam sidus Firmamenti reddar, in æternas lucens æternitates. O Deus sererne, cuius charitate nullis nostris meritis electi fuimus, ut in conspectu tuo mundi essemus & sancti, gratias tibi ago, quod hanc Virginem excellenti electione eligere sis dignatus, per eam supplex peto, animam meam ut purges ab omni macula, tuisque virtutibus ornas: quod semper talis in conspectu tuo vivam; & æternam tandem vitam consequar. Amen.

## PUNCTVM IV.

*Concepcion  
B. Virgin.*

I.

**C**ONSIDERANDVM nunc est: DEVM, accedente iam tempore, quo homo fieri decreuerat, ut primum ædificij huius lapidem poneret, hanc Virginem, ipsius matrem futuram, iis gratiis priuilegiisq; ornata, creasse, quibus par erat, filium ditiissimum ac potentissimum matrem suam, quam sponte & magna elegerat charitate, ornare ac ditare. Hæc priuilegia ad quatuor velut capita reocabimus; perpendentes etiam non solum aliquas eorum causas; sed rationem etiam indicantes, qua earundē participes esse possumus.

PRIMVM fuit priuilegium, quod ab Origini



nis macula fuerit immunis, quam ut potè Adam filia, alias contraxisset. Sed qui potens est, eam ita præuenit, ut in ipso creationis momen-  
to, quo anima corpori iungitur, & quo alias  
macula illa contrahitur, sanctificauerit. Ut  
enim eodem momento, quo solem creavit, cù  
lumine eum, & absq; tenebris ullis creauit; &  
ut Angelis primisq; parentibus simul cum na-  
tura gratiam etiā dedit: sic B. huic Virginī, quo  
momento eam creauit, etiā eius animam san-  
ctificauit; & ut solem electā fecit, nullis pec-  
cati tenebris affectam. Cuius ratio, præter  
eam, quæ proximo puncto adferebatur, ea est:  
quod Christus Dominus noster, ad redimen-  
dos homines ab omni culpa, & nominatim ab  
Originali, dupli ratione vti poterat, vel post  
lapsum eos erigendo; vel præueniendo, ne la-  
berentur: quæ posterior ratio præstantior est,  
& magis Dei omnipotentia, & Redemptoris  
misericordia prodit. ut enim peccati macula  
nullū maius est malū ( sicut dictum est suprà )  
ita præservatione à peccato ( ne vel ad momen-  
tū illius serui sim<sup>9</sup> nulla est maior misericor-  
dia. Quare ad ipsius Redemptoris gloriā & Re-  
demptionis eius dignitatē pertinuit, vt singu-  
lari hac misericordia erga futuram matrem  
vteretur, & optima, qua posset ratione, eā re-  
dimeret: ab infamia nimium & miseria culpæ  
Originalis eam præseruando, & hoc gratiæ  
suæ ornamento decorando; quod mater filio es-  
set in ea puritate similior; si vterque ma-  
culam illam cuaderet: ille quidem iure  
suo,

*i. Part. Me-  
ditat. 6.*



iuo. vt qui nec potuerit quidem eā tangi; hæc  
privilegio, sine quo illam incurrit: ille  
Redemptor mundi; hec ut eius in Redemptio-  
nis opere coadiutrix. O fili Dei vivi, qui ex vir-  
gine nascens, homo fieri voluisti, quò vnam ti-

a Ephes. 5.27

b: a gloriosam Ecclesiam absq; macula & ruga,  
aliave imperfectione exhiberes, gratias tibi a-  
go, quas possum, quod matrem tuam speciali  
gratia ab ipsa conceptione feceris, ea puritate  
gandere, quam cæteri sancti consequuntur in  
gloria. O mater gloriofissima, vehementer  
gaudeo de ea puritate, quam in primo huius  
mundi ingressu præferre te video, splenden-  
tem gratiæ lumine, sicut filius ipse tuus iusti-  
tiae sol ingressus est Liberum tibi est, in primo  
hoe tuo ingressu idē usurpare, quod ille usur-  
pauit in suo: b In capite libri scriptum est, de me  
et facerem voluntatem tuam: Dene meus volui.

c legem tuā in medio cordis mei, verè enim in  
medio cordis tui impressa eius lex est, hoc est,  
gratia & charitas eius: & siquidem tali fauore  
Redemptor meus te dignatus est, ut ipsum in  
Redemptionis officio iuuares, ora cum, ede-  
ptionem ut suam mihi excellenter applicer,  
admissa hæc tenus delicta condonans, & abiis,  
in qua labi possem, præseruans: tantò mihi  
corum horrore incusso; vt ne ad momentum  
in eis hærere libeat. Atque hic præcipuus est  
c speculum illud Virginis sanctissimæ sine ma-  
culâ intuens, puritatem eius, qua potero ma-  
xima imiter perfectione; memor illius, Dei ad-

popu-

c Sap. 7. 26.



populum suum vocis: d Perfectus erit & ab i<sup>o</sup>g, d Deu. 18.15.

macula cum Domino Deo tuo.

SECUNDUM priuilegium fuit: *Fomitē peccati*: hoc est carnis aduersus spiritum, sensuſq; aduersus rationem rebellionem illi abstulit ſe: quod tota illa anima cum omni ſua interiori familia, id eſt, facultatibus omnibus, perpetua pace concordiaque frueretur, ut quae Principis pacis futura eſſet habitaculum, iuxta illud Davidis: *e Factus eſt in pace locus eius.* Nunquam itaque Virgo sanctissima interiori eſt pugnas ſenſit, quas nos gementes ſentimus: nec quicquam eius f *caro aduersus spiritum concupiſcebat*; neque hic illam cum difficultate gubernabat: Non Appetitionum ſenſim uice lex, Rationis legi adverſabatur: neq; in huiusmodi appetitionibus coerendis, aut ſibi ſubuicendis, Ratio laborabat: magna potius g *vulnere* inter ſe concordes, æternae Des legi teſt subiiciebant. O pacis excelsa Princeps, macte hac interiori pace, qua, nulla praecedente pugna, frueris. impetra mihi, quæſo, interioris meæ, quam patior, pugnæ moderationem; quod aliqua faltem pacis ac felicitatis tuæ parte frui mihi liceat.

TERTIUM priuilegium fuit, singulari quodam modo fuſſe in gratia confitam, ita ut toto vitæ ſuæ tempore nullum actuale peccatum admiferit, non opere ſolùm, te dñe vero, neque cogitatione; Deo Domino nocti o singulare ſua prouidentia ita illi aſſtente, ut omnia eius opera (iuxta Apostoli de Ecclesia

dicitur)

II.  
D Tho 3.p.

q 27.43.  
or ſequent.

e Psal. 75.3.

f Gal. 5.17.

g Rom. 7.22.

III.



*h Ephe. 5. 27* dictum) habuisti & essent & immaculata, secundum tres omnino gradus puritatis: absque lethalis videlicet peccati macula; absque venialis ruga; & absque omni imperfectione: declinato non solum malo, sed etiam imperfecto quocunque, minusque bono opere; electo autem semper eo, quod ceteris melius, pulchriusque iudicabat: singularis suis actionibus excellentem & gloriosam illam imprimens puritatem, qua Triumphans in cœlo gaudet Ecclesia. Hunc puritatis modum, quo mihi gradu est possibilis, obtinere contendam, sic eum à Deo postulans. O Deus æterne, qui matris tue in tabernaculum sanctificasti, & in medio eius continuè assistens non commouebaris, sed quotidie mane diligenter illam præueniens in omnibus, quæ ageret, adiuuabas: sanctifica & animam meam, assistens illi semper; gratiam tuam mane me præueniens: quod mea opera pura sint, absque macula, aut ruga, aut re alia, quæ in me tibi displaceat. Amen.

## IV.

PRIVILEGIVM QVARTVM fuit, eandem, ipso conceptionis momento, tanta gratia, charitatis, ceterarumque virtutum ac donorum Spiritus sancti abundantiam & plenitudinem fuisse repletam, ut Angelos atque ipsos Seraphinos superaret: quod digna esset Dei mater; digna Angelicarum Hierarchiarum Regina: tantò melior ipsis Angelis, sanctiorque effecta, quantò excellentius præ illis, qui serui solum & ministri in domo eius futuri erant;

*k Heb. 1. 4.*



erant, nomen erat acceptura, hoc est M A T R I S. Ibi itaque censenda est Virgo sanctissima eursum suum incepisse, quod Angeli suum perduxerant, & absoluuerant. Ideoque plures sanctitatis gradus adhuc in terra degens assecuta est, quam haberent qui in cœlo ipso iam habitabant: (iis exceptis, quæ statu illius sunt propria) Et in ea locum habet, quod de ciuitate Dei Propheta David dixit: *I Fau-  
damenta eius in montibus sanctis.* <sup>1 Psal. 86. 1.</sup> Eius enim vi-  
tae initia altiora in sanctitate fuerunt, ea sum-  
mitate, ad quam magni Ecclesiae sancti perti-  
gerunt. O quanta voluptate sanctissima ipsa  
Trinitas perfundebatur, excellentis huius in-  
fantulæ aspectu! Pater ipse æternus talem se  
filiam habere delectabatur; Dei filius tanta  
futuræ matris suæ pulchritudine lætabatur:  
Spiritus sanctus talem se sponsam habere  
exultabat: Omnelque tres diuinæ personæ  
gratia sua eam ingressæ, summo in ea gaudio  
habitabant. O cœli Angeli, qui postea in fi-  
lum Dei mundum ingredientem adoratis, ac-  
cedite nunc; & eam, quæ eius mater, vestræ  
verò Regina futura est, supplices venerami-  
ni. O Angelorum Regina, iam nunc te adhuc  
in ventre matri latentem verbis illis saluto,  
quibus Gabriel Angelus te postea salutavit:  
*Ave gratia plena: Dominum tecum, benedicta  
tu in mulieribus.* idque mentis facio, quia in  
ipso, quo concepta es, momento, gratiam apud  
Deum supra omnes illas inuenisti. Ora Do-  
MINA illum, ut spiritum meum inmundet,

refre-

<sup>2 Heb. 1. 6.</sup><sup>3 Lyc. 1. 28.</sup>C  
INTE  
P.

refrenet carnem, passiones coercent ac moderetur; gratiaq; suā ita repleat, ut fero magnō seruire illi incipiam, & in eo, donec obtineam coronam, perseuerem: Amen.

## MEDITATIO IV.

**D E V I T A B. V I R G I N I S V S Q V E A D I N C A R N A t i o n e m , i n q u a d e e i u s N a t i u r a t i o n e m , i n t e m p l u m , & D e s p o s t a t i o n e c u m S. I o s e p h o a g i t u r .**

## PUNCTVM. I.

De B. Virginis Natiuitate.



ONSIDERANDVM PRIMO, nouem post conceptionem clavis mensibus natam B. Virginem, fuisse in paterna domo: eiusque NATIVITATEM, (ut Ecclesia canit) gaudium vniuerso mundo annuntiasse.

I. EXPENDAM HIC PRIMUM sanctissimam Trinitatis gaudium, cum infantulam hanc, adeò sibi dilectā, vidit iā in lucē editam; perq; res adeo celebres pro gloria sua, & commodo nostro perficere statuerat. Quare fas est credere, communicasse Deum hoc die Angelis in cœlo, iustis in terra, sanctisq; in Limbo Patribus nouam quandam læritiam, (quamuis eius causa non omnibus reuelata) velut prognosticum

sticum eius gaudij, quo, ipso Deo in mundum veniente, afficiendi essent, cuius mater, in fantula hæc futura erat: eo modo, quo solet aurora, cùm surgit, gaudium quoddam leuamenq; viuentibus adferre, quasi orituri mox solis indicium. Si enim multi in S. Ioannis Baptista nativitatis gauisi sunt, eo quod velut Phosphorus & Præcursor esset Christi: multò fine dubio plures gaudebant eius virginis Nativitate, quæ Christum ipsum esset progenitura, materq; eius futura. Hac consideratione excitabor ad affectus laudis & gaudij, congratulans Trinitati similitudinæ de huius infantulæ Natali. Patri quidem xterno, quod talis ei nata sit filia; Filio eius Domino nostro quod nata ea sit, quæ ipsius sit mater futura; Spiritui sancto, quod talis sit ei exorta sponsa. O TRINITAS beatissima ter quare que sit felix dilectæ huius tuæ Nativitas: In pertire mihi etiam, queso, aliquid illius gaudij, quod aliis in hoa Natali communicas: siquidem hæc virgo etiam mihi nascitur.

HINC etiam aliud magni spiritualis gaudij incentium eliciam. Nam vt huius virginis nativitas, eo quod adventus Salvatoris est prænuntia, magnum mundo gaudium attulit; ita cùm eius deuotio in aliqua anima oritur, magnam ei lætitiam adfert, eo quod certum sit pignus fecuturi mox Christi, salutem ipsi allaturi, & propterea S. Anselmus dixit: Esse signum predestinationis ad gloriam, De excel lenta virginis c. 4.

II. Part. Medit.

D.

eam

## I I.

*Deuotio B.  
Virginis  
Prædestin.  
est signum.*

ENTE

eam enim deuotionem sequuntur prædestina-  
tionis effectus, quos ipsa Virgo suis procurat  
deuotis. illa enim, ut pia mater, cœlestis inspi-  
rationes, vocationem, iustificationis gratiam,  
tentationum victoriam, præseruationem à la-  
psu, meritorum augmentum, perseverantiam  
in gratia, ac gloriæ tandem coronam impe-  
trat: vt in sequentibus meditationibus licebit  
obseruare. O virgo excellentissima, quæ Dei  
iussu, a in Electu eius ad cœlum, mittit radices,  
tam altas quæso in anima mea mitte deuotio-  
nis & imitationis tuæ, vt æternæ prædestina-  
tionis per te pignus obtineam: Amen.

P V N C T V M II.

*De nomine  
MARIAE.*

b *Luc. I. 27.*

*S. Bonauen.  
in Speculo  
B. Virg. c. 3.*

c *Num. 24.  
17.*

I.

**S**ECUNDO considerandum: Parentes hu-  
sius Virginis, reuelatione, vt piè creditur,  
diuina, M A R I A E ei nomen imposuisse;  
(sicut b Baptiste nomen fuit etiam reuelatum)  
& proinde voluisse Deum eo nomine,  
Infantulæ huius excellentias manifestare:  
quæ vt multæ erant, ita hoc, præ aliis, quod  
variis linguis varia haberet significata, adid  
fuit accommodatum: siquidem ad commune  
illa omnium bonum nascebatur: MARIA e-  
nim marie Stellam, aut Amarum mare; Domi-  
nam, aut Exaltatam; Illustratam aut Illustran-  
tem, aut populi Magistrum significat, quæ o-  
mnia in hac Virgine reperiuntur. Est enim  
MARIS STELLA, quia lux est, solatium, ac  
ductrix in huius mundi mari nauigantium;  
qui variis temptationū fluctibus & damnationis  
periculorum tempestibus iactantur: huius  
enim



enim Virginis precibus, exemplis, & fauore, quo eos prosequitur, valde illi l&etificantur, & corroborantur, vt & viam rectam inueniant, & portum tandem salutis teneant. Est MARE amarum diuersis rationibus. Mare enim est ob coelestium gratiarum immensitatem, quas habet ab eius ubi liberalitate communicatas, qui ipsam elegit in matrem. Est A M A R V M, ob multitudinem amaritudinum, quas in filij sui passione perpetua est. Consuevit enim Deus eadem mensura consolationes ac desolaciones metiri, id quod aperte seruauit in hac virginie. Est D O M I N A & E X A L T A T A: quia factum suarum, appetitionis, imaginationis, ac sensuum omnium eminenter fuit Domina: magno, vt diximus, imperio omnibus illis imperans. Angelorum etiam est Domina; quia super eos omnes eleuata. & quid miru? siquidem modo quodam ipsius etiam Dei fuit Domina, imperans illi, quia homo erat; qui & ipse, vt filius, matri subditus erat. Est I L L U S T R A T A d Lyc. 2 si seu I L L U S T R A N S, quia insigne à Deo spirientia lumen accepit, non sibi tantum, sed ut alios etiam illustraret: ideoque Apostolorum ipsorum, omniumq. fidelium M A G I S T R A fuit, vt postea dicetur.

B R E V I B Y S his considerationib<sup>9</sup> varios in anima mea affectus excitabo, gaudijs, confidē, ac deuotionis magnē ad hoc M A R I A E nomē ipsi Virgini supplicās, ea vt erga me preſtet officia, quę eo nomine significatur. O Virgo sacraſiſima optimo iure dicere posū: Nomē tuū

D 2 ficut

## II.

S. Bonahen.  
Serm 2. in  
Missus est.

## INTE

## III.

## IV.

Cant. 1.3.

sicut & filij tui, esse e *Oleum effusum*, quod il-  
luminat, confortat, sanat, ac exhilarat cor. Et  
funde larga manu preciosum hoc oleum in me.  
Et, quæ *Mare es Stella*, duc me ac protege in  
tentationibus & periculis; quæ *Mare es gra-  
tiarum & amaritudinum*, aliquam earum mihi  
partem impertas: cùm non minor censenda  
sit gratia, amaras acerbasq; Christi penas la-  
timè sentire ac dolere; quād iucunda alia do-  
na de manu eius accipere. Sis & mihi Magistra,  
ut ignorantias meas illustrans, meq; passionū  
mearum dominum efficiens, per semitas per-  
fectionis dedicas; ut eius culmen sancti tui no-  
minis inuocatione, tandem attingam, Amen.

L I C E T & hic considerare: Infantulam  
hanc sanctissimam, statim ac rationis ysum  
habere cœpit ( siue id fuerit adhuc in ventre  
matris speciali privilegio, ut S. Ioan. Baptista  
habuit; siue circa tertium ætatis annum, ante-  
quā in templo præsentaretur) magno furore  
negotiationem donis & gratiis acceptis insi-  
tuisse, mediis illis, quæ puncto 4. proponentur.

P V N C T V M III.

representatio  
irg. in  
templo.

**C**ONSIDERANDVM TERTIO: Virgi-  
nem parvæ adhuc ætatis, (trium ut cre-  
ditur annorum) Dei inspiratione ful-  
se à parentibus in templo præsentaram; quò  
diuino illic obsequio dicaretur, & cum aliis  
eiusdem instituti virginibus occuparetur.  
Circa Præsentationem in tres personas, quæ  
illuc interuenerunt, coniiciendi sunt oculi.

PRIMA persona fuit ipsa diuina maiestas,

quæ



quæ B. hanc virginem sibi elegit; eiique hu-  
iusmodi institutionem in templo, inspirauit,  
paternam suam prouidentiam erga eam ostē-  
dens, dum ex huius mundi strepitu eam extra  
hens, in domum suam, templum videlicet de-  
duxit: quia ipsamet futura erat viua domus in  
qua Deus incarnaretur; & viuum templum, in  
quo habitaret. Quare magna amoris significa-  
tione, eius cordi verba illa Psalmi inspirauit:  
*Audi filia, & vide, & inclina aurem tuum, &*  
*domum patris tui: & concupisci et Rex decorum*<sup>11.</sup>  
*tuum.* Audiuit hanc vocem & inspirationem  
Dei B. Virgo, animaduertit, quod sibi confe-  
rebaratur beneficium; inclinavit aurem suam ad  
obedientium, & celeriter, quod iubebatur,  
præstandum; oblitæ est omnino populi sui; pa-  
ternæ domui terrenæ renuntiauit: quò coelesti  
patri, qui filiam eam compellabat, gratum fa-  
ceret. Adeoque recenti hac obedientia & hu-  
militate, eius circuit pulchritudo, ut cælorum  
terræque Regis erga eam amori magna fieret  
accessio gauderetque, quod se in tanti Regis  
matrem videret eleſtam.

**C O I L I G A M** hinc, quanti sit Dei erga eum  
benevolentia, quæ efficaciter permouet, vt ex  
huius mundi occasionibus & periculis expe-  
ditus, patri ac paternæ domui renūcians, illi  
seruat: quamque sit æquum, omnes huiusmo-  
di motioni, cum eam sentiunt, obtemperare:  
cum non minus sit paterni erga dilectos filios  
amoris indicium, eos à talibus periculis eri-  
pere; quam Abraham ex Chaldæorū flam-

*a Psal. 44.*

DOMINI NOSTRI TE

D 3 ma,



ma, & fratrem eius Lothex incendio Sodorum liberare.

## II.

DE INDE sanctorum Ioachimi & Annae, B. Virginis parentum, pietas est perpendenda: qui, vt iusti erant, tantum abest, vt piis filiis votis repugnarent, vt Dei inspiratione excitati, filiam potius præuenirent, & vnicum ventris sui fructum, quem à Deo acceperant, eidē libentissimè redderent: felices se existimantes, ita filiam suam Deo placuisse, vt ad suum obsequium illam vocaret. Nec minori spiritus feroore id fecisse sancti isti censendi sunt; quācib. Anna illa Samuelis mater, dum filium tuum, Deo in templo seruiturum, obtulit sibi persuadens, gratissimam hanc Deo futuram oblationem. Horum sanctorum exemplo discam, magno spiritus feroore vnicam, præceterisque animæ meæ dilectam Libertatem, primumque eius affectum, qui est Amor, Deo offerre. ea firma resolutione, quod alius non possum, quam ipse velit; id vero solūm diligere, quod ipse diligit; ac porrò daturum me libenter quicquid petierit.

## III.

TERTIO B. Virginis ipsius in hac sui presentatione deuotionem perpendam. Statime enim arque à parentibus audiuit, se in templum deducendā gaudio exultas, Dauidicū illud versupavit: c Letat a sum in hi, qua dicta sunt mihi: in domū Domini ibimus. Cum vero in templū est deducta, quindecim eius gradus magno spiritu feroore concendere cœpit: mente sibi proponens, per omnes virtutum grad⁹ ad cul-

c Psal. 121. 1.

men



men perfectionis concendere velle, dauidic  
cum illud adimplens: d *Beatus vir, cuius est au-*  
*xium abste, ascensiones in corde suo disposuit,*  
*in valle lachrymarum, in loco quem posuit. Ibunt*  
*de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum*  
*in Sion. O virilis & felix infantula, cui Deus*  
*auxilio suo fuit, c *Adiuuans te mane diluculo.* e *Psal. 45.6.**

Quām solida intus in corde tuo proposita; quā  
aptē ascensiones in virtute disponis in loco  
isto, quem in tuum habitaculum elegisti? Con-  
scende feliciter gradus istos de virtute in vir-  
tutem: patet enim tibi aditus; licetque omni-  
potentem Deum contemplando aspicere, in  
sancta ista ciuitate Sion.

P O S T Q V A M templum concendisset  
B. Virgo, Deum prostrata adorans; seipsum  
præsentauit, obtulitque in obsequium perpe-  
tuum. Non enim, vt alia virgines, ad annum,  
aut decem, offerre se voluit, sed in perpetuum,  
ita vt, quod in se esset, toto vitæ spatio in san-  
cto illo templo Deo deseruiret. O quantum  
Deus in hoc holocausto sibi complacuit! quan-  
ta iucunditate illud acceptauit! quām vicis-  
sim donorum gratiarumq; copiam ipsi se offre-  
renti impertivit! Dixerit illa fortè, Ecce Do-  
mine in domum tuam venio, accipe ancillam  
tuam in perpetuum obsequium tuum: neq; e-  
nīm gloriōrem reputo sortem, quām tibi  
seruire: cui vicissim Dominus: f *Veni in hor-* f *Cant. 5.1.*

*tum meum, soror mea sponsa: posam in te*  
*thrōnum meum: tu futura es sol, in quo habi-*  
*tionem meam collocaturus sum; ex eoque*

## IV.

ENTE



ut iponus è thalamo, exiturus. Orna illam virtutum floribus: propè enim est tempus, nuptias in eo meas celebrandi. Ad huius Virginis imitationem, debo & ego meipsum Deo presentare & offerre, ut seruum perpetuum, cum certo animi decreto, nunquam ab eius seruitio recedendi.

## PVNCIVM. IV.

## I.

Vita Virgi-  
nis in sem-  
plo.

Lib. 2. de  
Virgin.

a Prou. 4. 18

b Eccl. 33.  
23.

**C**ONSIDERANDA QUARTO loco est excellentissima huius virginculæ in templo vita. PRIMVM enim ut arat, ita spiritu crescebat coram Deo & hominibus: ut (Ambroſio teste) ſingulos corporis gressus exercitio & augmento virtutis contaretur; & a quaſi lux ſplendens procederet & cresceret usque ad perfectam diem. Qui vero Spiritus sanctus illam inspirationibus suis vigebat; illa viribus suis omnibus cooperabatur: studens, (iuxta consilium Sapientis) in omnibus operibus ſua præcellens eſſe, quatuor præcipuis excellentiis. PRIMA ut in singulis actionibus cresceret in charitate & sanctitate. SECUNDA, ut omnia eius opera eſſent plena: omni enim intentione & plenitudine perfectionis, quam viribus suis adhibere poterat, operabatur. TERTIA, ut in singulis actionibus magna vteretur sapientia ac discretione, constantiaque singulari, donec ad finem perduceret. QUARTA, ut singulis actionibus varios virtutum affectus misceret, quod ſimul in omnibus progressum facheret. Propter quatuor haſce ex-

cellen-



excellentias admirati Angeli dicebant : c Quæ c Cant. 6.9.  
 est ista quæ progreditur quasi aurora cōsurgens,  
 pulchra vt luna electa vt Sol, terribilis vt castro-  
 rum acies ordinata ? Quæ hæc est infantula,  
 quæ de virtute in virtutem, vt AURORA cres-  
 cens, absque mora aut retrocessione progredi-  
 tur ? pulchra vt luna plena, gratiarum plenitu-  
 dine, absq; earum decremente ? E L E C T I A V T  
 S O L, quæ nullam in terra parem habet ? & quæ  
 ista est, quæ cùm naturâ sit debilis virgo, est ta-  
 mè in gratia firmissima, & T E R R I B I L I S V T  
 C A S T R O R U M A C I E S O R D I N A T A ? in-  
 tra se habéunt virtutum exercitum, inuictæ cha-  
 ritatis ordine dispositum . Talia Angeli ad-  
 mirationis affectu dicebant : ipseq; Deus, eius  
 cernens feruorem, plurimum sibi in ea com-  
 placebat : homines quoque tanta sanctitate in  
 etate tantilla conspecta, magnoperè eam sus-  
 piciebant, atque ædificabantur . Sed ego eodem  
 nomine admirans & gaudens , erubescam ta-  
 men, cernens me valde ab ea remotū, ob meum  
 temporem in studio virtutum : optabo tamen  
 emergere, & pro viribus imitari .

P R O X I M E perpendam : eandem Infantu-  
 lam, magnam diei partem expendere solitam  
 ascendendo & descendendo mysticam illā d Sca-  
 lam Iacob, stantem super terram, cuius cacu-  
 menta rangebat calum, cui Dominus innixus erat.  
d Gen. 28. 12.  
 cuius gradus suprà dixim⁹, esse L E C T I O N E M ,  
 M E D I T A T I O N E M , O R A T I O N E M , &  
 C O N T E M P L A T I O N E M . Diei enim partem  
 vnam Lectioni Scripturæ sacræ magna animi

## II.

D 5 sui



sui voluptate tribuebat: Deo illius intelligentiam illustrante, ut eas intelligeret ac penetraret. Inde ad Meditationem transibat, conserens in corde suo quæ legisset, & nouas inquirens veritates; quæ tum mentem illustrarent: tum cor amoris igne, ac deuotionis in Deum accenderent. Hinc alio tempore, Orationis gradum conscendebat, à Deo feruenti prece dona gratiæ petens non soli sibi, sed suis etiam socijs, totique populo. Ultimo denique Contemplationis gradum conscendens, longiores in ea moras trahebat, animam suā cum Deo coniungens: à quo tanta suauitate & dulcedine afficiebatur, tamque extraordinaria cœlestia dona accipiebat, vt nemo præter ipsum Deum, qui ea largiebatur; & ipsam, quæ accipiebat, æstimare valeat. e Manna enim illo abscondito fruebatur, cuius dulcedinem nemo sent, nisi qui accipit. In huiusmodi pijs exercitationibus saepius visitabatur ab Angelis, per scalam illam ascendentibus & descendenteribus; eosque consolantibus, qui eam frequentant: multò verò singularius B. hanc Virginem, à cuius puritate suam superari animaduertebant. Ac propterea ascendentem eam cernen-tes, admirati, illud Canticorū dicebant: f Quæ est ista, qua ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrræ & thuri, & vniuersi pulueru pigmentarij? Quæ, inquit, hæc est infantula, in huius mundi deserto, & templi solitudine habitans, quæ non vt virga, sed vt virgula in oculis suis paruula, in Dei vero

c Apoc. 2.17.

f Cant. 3.6.



conspectu, odoris plenissima & gratiissima  
ascendit, crescitque semper myrrha mortifi-  
cationis, thure orationis, & continuâ vii tu-  
tum omnium exercitatione.

DESCENDANS denique hanc scalam, in  
operibus manuum, seruiens templo, & socia-  
rum cōmodis, sese occupabat, ita tamen, ut  
externis actionibus semper coniungeret ora-  
tionem. propter quam causam de ea dictū est.

*g Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thu-* *ris. O excellentissima virgo, & virga ex Iesse*  
*radice orta, ad tuum ascendens dilectum ut vir-*  
*gula odorifera: impetra, quælo, mihi, ut par-*  
*uus sim in humilitate, & solicitus in orationis*  
*scala descendenda, quam tu ascendisti; donec*  
*cum Deo coniungar: descendam etiam ad mor-*  
*tificationis opera in me; pietatis verò in pro-*  
*ximos sedulò exercenda; in virtutibus omni-*  
*bus profectum faciam: & omnibus boni ex-*  
*empli odorem impertiam, & glorificent*  
*Deum per omnia secula. Amen.*

## III.

## NOTE

## P V N C T V M V.

**C**ONSIDERANDVM QVINTO loco *virginitatis votum.*  
est: hoc ipso tempore excellentissimam votum.  
hanc Virginem oblationem aliam no- *S. Thom. 3.*  
uam, sed Deo gratissimam, obtulisse, perpetuæ *p. q 28. a. 4.*  
videlicet virginitatis votū, speciali ad id Spi-  
ritus sancti instinctu, singulariisque deuotione  
inductam. tantus enim eius erga Deum e-  
rat amor, ut totum cor suum ei tradendi, ip-  
sumque solum sponsum habendi, vehemens  
in ea

in ea desiderium excitaret : Nec aliam cogitationem admitteret , quām a quomodo placere Deo; ne diuisa esset, quemadmodum se diuidit coniugatæ. Sciensq[ue] virginitatem voto firmatam , eā, quā simplici proposito seruatur, pretiosioreni esse: particulari ad eam perpetuo seruandam voto se obstrinxit , meliora semper, firmiora, securiora, & quā Deum magis glorificarent amplexa. In ea tunc impletum est, quod Sponsus de ea dixerat : b Hortū conclusus, soror mea sponsa, hortū conclusa, sanguinas. Bis hortū appellat, eo quōd perfectam corpore & animo castitatem, voto perpetuo firmatam seruaret, quod ad instar seræ, maiorem ei securitatem adferret : adiunctis præsertim fidibus custodibus, humilitate, modestia, silentio, & abstinentia: quōd respexit iam , cūm eam sponsus hortum appellant, dignificans, eius virginitatem non esse sterilem, sed multis virtutum floribus , bonorumque operum fructus fœcundam : illis quidem mentem, his corpus exornantibus: c ut sit sancta corpore & spiritu . O quām hic hortus cœlesti sposo gratus erat ! cuius aspectu, odoreq[ue] floridarum eius virtutum mirifice recreabatur: d dulces operum eius fructus auicē comedens; gaudensq[ue] quod nouo illo seræ genere, voto videlicet, tam solidè cœclusus esset talibusq[ue] custodibus communitus. Ideoq[ue] copiosis consolationum & cœlestium donorum imbribus frequenter eum irrigabat ; immo fontem, puteumque viuentium aquarum, suarum vide-

a 1. Cor. 7.  
33.

b Can. 4.12.

c 1. Cor. 7.  
34.

d Can. 2.3

videlicet gratiarum, in eo extruxit: quem diuina sua protectione amplius obfirmavit.

Ex heroico hoc B. Virginis exemplo, vehemens excitabo in me castitatis seruandæ desiderium; ad cuius maiorem, qua potero, custodiæ, meipsum, iuxta statum meum offeram: B. Virginem in meam ad id patronam & protectricem eligens, in hac ipsi adeò grata expeditione: repetamque sæpius versum illum Ecclæ:

*Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac, & caffos. Amen.*

Adeius verò imitationem, corporis & animæ meæ hortum, voti etiam serâ (si Deus id mihi inspirauerit) occludam. Quod si hac ratione claudere non licebit, adh. bebo certè custodes virtutes illas, quæ, iuxta vitæ meæ rationem, castitatem meam custodiant.

## PUNCTVM VI.

**C**ONSIDERANDVM SEXTO: Beatis simam virginē, appropinquate Incarnationis Christi tempore, cum diuina revelatione didicisset, nullum se propterea castitatis periculum subituram: quod sponsus acciperet, promptè diuinæ voci paruisse: a viroq; iusto, cui nomen erat Ioseph, desponsatam fuisse. Expendendæ igitur hic sunt causæ, ob quas Deus voluerit, matrem suā viro desponsari: eisdem enim prouidentiam, quam de suis habet, satis ostendit.

*Desponsatio eius.*

a Matt. 1.15.

Lk. 1.27.

D Thes. 3.

p. q. 29.

PRI-



## I.

PRIMA causa fuit, quò Mysterium Incarnationis, & partus ipse B. Virginis ad certum usque tempus celaretur. DE INDE, vt sic matris suæ honori consuleret: ne, si non sponsa cōcepisset, adultera apud homines haberetur. TERTIÒ, vt haberet, qui ipsam aleret; in occurrentibus necessitatibus inserviret; & in peregrinationibus comitaretur: & vt filius nasciturus, nutritum haberet, à quo educaretur, ac de rebus ei necessarijs prospiceretur. DÉNIQVE vt ipsum etiam S. Ioseph hac occasione exaltaret; quem ad matris suæ sponsi, sive quis ipsius nutritij dignitatatem euehebat. O Pater amatissime, gratias tibi ago, propter curi, quam de filijs & domesticis tuis geris; illorum honori, leuamini, sustentationi benigne propiciens: præuidens in tempore eorum remedii, quorum præsentia molestiam adferret: in eos exaltandi occasiones quærens. Felicem illum, qui sub tua est protectione & adiutorio. Aspice ergò, mi Domine, creaturam tuam, & fac me tuo semper occupari obsequio, qui me semper te impendis gubernationi.

PERPENDENDA deinde est fidei, & confidentiæ B. Virginis præstantia, quam in Deum collocauerat de castitatis suæ integritate, etiam si viro despoderetur. Obedientia item eius insignis, dum eam vitæ rationem, à quam maxime abhorrebat, acceptauit: voluntatem propriam resignans, seque totam Dei manibus liberaliter committens. In qua re meritò ipsam, iuxta vitę meę rationem, imitari conabor: certò mihi



tò mihi persuadens, propterea quòd obediam Deo, (modò me totum illi committam) nec virtutem aliquā, nec solatium, nec aliud quid. uis, quod ad salutem meam optare possem, me amissurum: Quia Deus nouit, ac potest Virginitatem cum Desponsatione coniungere; contemplationē cum occupatione; Rachelis pulchritudinem cum Liæ fæcunditate ita, ut neutra detrimentum ferat.

## PUNCTVM VII.

**C**ONSIDERANDA septimè sunt Bea-  
tæ Virg. inflammata, Christi in mundū  
Aduentus desideria, quæ q. d. Incarna-  
tionis tempus appropinquabat magis, cō ma-  
gis accendebat, id agente Spiritu S. cuius est  
propriū, cūm aliquid electis suis statuit elar-  
giri, vehemens in eis desiderium eius excitare:  
quò tali desiderio orationeque, ad eam gra-  
tiam recipiendam, sese magis disponant. DE-  
INDE sua ipsius a charitas ipsam B. Virg. vr-  
gebat vtroq; nobilissimo actu suo, amoris Dei  
& proximi; Zelusq; gloriae Dei, & salutis ani-  
marum: quæ enim Deum vehementer dilige-  
bat, eundem hominem factum (quò eius Ma-  
gnalia melius cognoscere, & stupenda opera  
cernere, ac familiarius cum versare liceret)  
videre desiderabat, illud Cantico: um vsur-  
pans. b *Quia mihi det te fratrem meum, su-*  
*gentem vberam tristis mea, ut inueniam te fo-*  
*rū, & deosculerte, & iam me nemo despiciat?*  
*Apprehendam te, & ducam in domum matris*  
*mea.*

Desideria  
Incarna-  
tionis.

I.

a2. Cer. 5. 14.  
11.

b Can. 3. 1.

NTE



*mea. Ibi me decebis. & dabo tibi poculum ex vi  
no condito, & mustum malorum granatorum  
meorum. O me felicem, si te hominem factum  
cernerem, fugentem alicuius foeminæ ubera;  
& extra cœlum istud spectabilem, & cum ho-  
minibus in terra conuersantem inuenire: quò  
pacis osculum tibi infigerem, & tu mihi. Tunc  
studierem conuersari tecum, doctrinam tuam  
in hoc téplo audire; & ad id te inuitare, quod  
tibi est maximè in votis: amorem inquam  
meum, plurimosq; eius affectus, & operacha-  
ritatis.*

## III.

c Psal. 79. 1.  
d Or. 84. 8.  
e I. iii. 64. 1.  
f Or. 43. 5.

## IV.

*TERTIÒ accedebat zelus, qui eius viscera  
comedebat, cùm Dei offensiones ad eò crebres  
magnasque cerneret; & hominum tantamia-  
turam. Quare magnis gemitibus & orationi-  
bus ad Deum clamans, vt tandem veniret, sub-  
sidiumq; ferrer, petebat; ingenti affectu, Davi-  
dis & Iсаиæ petitiones iterans, quibus Ecclesia  
tempore Aduentus vti consuevit. c Exita,  
Domine, potentiam tuam & veni, vt saluos fa-  
cias nos. d Ostende nobis misericordiam tuam,  
& Salutare tuum da nobis. e Vtinam disrup-  
tes celos, & descenderes. f Rorate cali desuper,  
& nubes pluant Iustum: aperiatur terra, &  
germinet salvatorem.*

*AD EXTREMVM: Tantum valuit oratio  
B. Virginis apud Deum, vt mundo adhuc per-  
ditissimo, (vt mox videbimus) hominibusque  
nihil minus, quam eam gratiam merentibus,  
sola ipsa, merita sua, orationesque tot malis  
meritis opponens, obtinuerit, vt Dei filius  
Incar.*



In carnationem suam acceleraret, nulla habitatione, quod mundus eo beneficio ad cō dignus esset. O Virgine orationis efficacitatem! Exulto ô Domina mea, tanti te fieri apud Deū, ut moras cum rumpere, & suum tandem Adventum accelerare cogas. Ora, quæ so te; ut ad me visitandum festinare dignetur: & quod tali eius conspectu dignus inueniar, ora Spiritum diuinum, feruentia ut mihi desideria inspiret. Amen.

MEDITATIO V.

DE TEMPORE, QVOD  
Deus elegit, ad annuntiandum, &  
executioni mandandum In-  
carnationis Mys-  
terium.

**T**RIA tempora potuit Deus D. Tho. 3. p.  
ad exequendum Incarnatio q. 1. a. 5.  
nis Decretū eligere; Primum  
in ipso mundi initio, mox sci-  
licet post Adæ peccatum; Se-  
cundum, in medio durationis  
eius: quod Habacuc a mediū a Habac. 3.  
annorum appellat: Tertium ad eius finem. Sed 2.  
divina sapientia, primū illo tempore hoc myste-  
rium (quā peccatitū recens admissire medium  
erat) promisit secundū illud est executa: quod de-  
inceps, ad tertium usque, copiosos ex eo proue-  
nientes fructū colligeret: ordinem hunc in bo-

II. Part. Medit.

E

num

IN TE



num nostrum statuens, ob causas in punctu sub-  
iectiendas perpendendas.

## PUNCTVM I.

D.Tho.2.2.  
q.2.2.7.  
ex iko Gen.  
3.  
ipsa conte-  
ret caput  
eum.

PERPENDENDVM ergo primum: Deum Dominum nostrum, statim atq; Adamus & Eua in peccatum sunt prolapsi, hoc incarnationis suæ Mysterium in remediu & reparationem illius peccati, pœnarumq; quas propter illud commeriti fuerant, eis revelasse: quò suæ charitatis ac misericordiæ in homines magnitudinem manifestaret.

HAB C autem statim apparuit in eo, quod cum ipse, tanquam iudex, ab Adamo & Eua, inobedientiæ ratione exacturus accederet; mortisque sententiam, quam sua culpâ incurris sent, promulgaret; simul se misericordem patrem ostenderit: promittens, non solum pro illis se hominem suscepturnum; sed mortem etiam, quod illos à morte liberaret, subitum. Hac promissione volens, eos, fide tanti Salvatoris munitos, de venia à misericordia diuina impetranda non diffidere; sed pœnitentiā ductos, quod tam benignum erga se Paorem offendissent, eam querere. Cum itaque Deus parentes nostros, & in eis eorum etiam posteros, è paradiſo terreno pelleret; simul dignatus est eum, qui cœlestes esset portas eisdem apertus, promittere: &, cum pœnam & maledictiæ ob culpam meritò inferret; auctorem cœlestium benedictionum obtulit ex sua gratia: cum denique à Doemone prostrati vieti; iacerent; certos esse iubet, futurum ex illorum poste-



postoris, qui à tali tyranno eripiat, & vindictet in libertatem. O misericordiarum Pater, & totius consolationis Deus, gratias tibi ago: quòd, a cùm iratus fueris, misericordia recor- <sup>a</sup> *Habas. 3.*  
deris: & quod cùm omnes homines propter <sup>b</sup> *Apoc. 13.3.*  
Adamum primum, maledicti esse mereremur; Adamum secundum promiseris, per quem benediceremur. Ostende erga me Domine, hanc misericordiam, vt à maledicto (quod meis peccatis sum promeritus) erexit, benedictionibus replear, quas filius tuus, meritis suis mihi acquisiuit. O fili Dei viui, b *Agnus ab initio*

*mundi morti destinatus,* (ab eo enim tempore  
mors tua promulgata fuit, quæ ijs, qui peccauerunt vitam veram adferret) gratias tibi pro tanto beneficio ago, per illud ipsum petens,  
eius mihi fructum applicari: quòd à culpe morte per te liber effectus, per te quoque gratiæ vitam obtineam. Amen.

PERPENDENDA deinde est eadem infinita Dei misericordia, ex eo quod promissionem hanc, de remedio nobis adferendo, non ad multos dies, imò neque horas distulerit: nam eodem, quo Adamus peccauit, die, & errati sui illum admonuit, & adhibitum se remedium promisit. Desiderat enim Deus vehementer eos præcipue, qui ob debilitatem deliquerunt, quam citissime ex eo statu emerge-re, ob ingentia, quæ ex eo illis proueniunt, malitia; poenitentiaque ad Deum conuerti. Hæc omnia mihi ipsi accommodans, expendam, quoties Deus, post meum in peccatum ali-

## II.

INTE

quod lapsus, loco iuste punitionis, Sanctus  
fuis me praeuenerit inspirationibus, ac veniam  
ex misericordia obtulerit. Quare plurimas il-  
li debo gratias: & meritò contendam eodem  
die, quo cecidi, pœnitere ita, ut ( quemadmo-  
dum Apostolus ait) *c sol non occidat superitatem*  
*meam, aut superbiam, aut aliam quamcunque*  
*culpam.*

Ephe. 4. 26.

Gal. 4. 4.  
*Venit pleni-  
tudo tem-  
poris.*

a Isai. 55. 9.

I.

b Gen. 1. 26.

PVNCTVM II.  
**C**ONSIDERANDA SECUNDO loco  
est temporis opportunitas, quod elegit  
Deus ad decretæ Incarnationis execu-  
tionem: quod infinita eius misericordia magis  
eluceret. Ad id autem expendam ipsius mundi,  
cum ad eum subleuandum Deus venit, dispo-  
sitionem: ratiocinando per hominum, qui tunc  
cogitatis, verbis & operibus conferant. Nam  
(Isaia teste) *a sicut exaltantur cœli à terra;* *exaltata sunt via mea à vijs vestris;* & cogita-  
tiones meæ à cogitationibus vestris.

PRIMVM itaque, oculis in cœlum intentis,  
sanctissimamq; Trinitatem in Throno glori-  
suæ intuens, eius circa imminentē humani ge-  
neris reparationem, media ipsius Verbi Incar-  
natione, cogitationes decretaque expendam.  
Quemadmodū enim tres diuinæ personæ ante  
Adami creationem dicebant: b *Faciamus hu-  
minem ad imaginem & similitudinem nostram:*  
ita nunc: Subueniamus, inquit, homini, quem  
creauimus; nostramque in eo imaginem & simi-  
litudinem reparemus. Quam iucundè tres ipsi  
diu-



diuinæ personæ consilij hoc instituebat ! quam illarum quæq; libenter partes suas in rem tantam conferebat ! Pater filium suum mittebat in mundum, Filius veniens humanam natu- ram personæ diuinæ coniungebat ; Spiritus S. huic vnitioni operam suam præstabat. Gratias tibi Trinitas sanctissima, quod tanta tua volu- ptate de meo cogites remedio. Vtinam & ego magna animi promptitudine ac voluptate in ijs verser, quæ tuum concernunt obsequium.

**S T A T I M** verò, demissis in terram oculis, ea circumspiciam, quæ tunc in mundo ita ger- rebantur, quasi ad iniquitatum profundū per- uenisset. Gentes enim eò usque in sua Idolola- tria processerant, vt seipso tanquam Deos a- dorari ab hominibus vellent: Iudæi hypocrisi, auaritia, ambitione, alijsque innumerabilibus peccatis exuberabant: Terra tota diluuiō im- immundiciarū, & obsecnitatū velut submersa iacebat : & (quod Oseas dixit) c Maledictum, c Ose. 4.2. & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulteriu inmundauerunt, & sanguis sanguinem retigit. Quæ omnia Deus, cuius consp. Etum nulla iniquitas effugere potest, d è calo prossi- ciebat. Nec tamen tanta iniquitatum moles, d Psal. 13. 2. que iram eius irritabat, efficere potuit, vt suū decretum diutiùs differret : quin potius ( vt Habacuc dixit) e cùm iratus esset, adeò miseri- cordia recordatus est, vt, loco secundæ totius mundi per Diluuiū submersionis; aut per ignē, sicut Sodomorum, conflagrationis, misericor- diarum inundatione totum illum operire,

## II.

## INT.

c Haba. 3.2.



amorisque sui igne inflammare voluerit; misso in eum proprio filio, qui à tantis malis eruptum, amoris igne vehementer ascenderat. O charitas infinita, cuius incendia multis fulminum innumerabilium peccatorum aquis extingui non potuerunt, quin apertioribus majoris amoris indicijs ex crescere: dum hoc beneficium omnium longè maximum mundo, in dies eo magis indignum se præbenti, contulisti? Gratias tibi, amantissime Domine, pro adeò aperte tanti amoris indicijs: per eundem tibi supplico, si ego tanquam peccator, iram tuam commeritus fuerim: ne tu, qui adeò es benignus, misericordia tua magnitudinem cohibeas.

B A N D E M considerationem licebit ministrare, si expendam, quoties mihi id evenierit, ut, cum re ipsa Deum offendere, magnificum aliquod ab eo beneficium acciperem, eo definitum, ut plura postea maioraque conferre. Quale illud est, quod è mundi huius periculis, & rerum eius vinculis expeditus, statum Religiosum amplexus fuerim; aut simile aliud insigne donum acceperim: pro quo ingentes gratias agere teneor.

H I N C etiam descendere licet, ad cogitandum, multò adhuc magis eandem diuinam misericordiam elucere, in eo quodcò usque homo fieri distulerit, donec tota Iudea ita effici ob peruersos hominum mores disposita, ut venientem ipsum non modò receptura, ut Salvatorem, non esset; sed tanquam seductorem, a mori-

## III.



mortem vsq; persecutura: ex quo ipse occasio-  
nem acciperet, eandē, totumq; humannm ge-  
nus sua morte redimendi. O Dei sapientia in-  
finita, quam es mundi sapientiae contraria? quæ  
de eius redemptione tunc maximè agendū iu-  
dicas, cùm, ad eā perficiendā, sis maiores, plura  
patiendi, occasiones habitura. Quām his con-  
trariæ sunt carnis meæ cogitationes! quæ quiet-  
em & otium captans, cuiusvis laboris ac dif-  
ficultatis in obsequio tuo, fugit occasiones.  
Euanescant, quæ so, hæc mearum cogitationum  
ludibria, vt tuam fidelius directionem ample-  
ctar, nec labores pro te ullos refugiam, qui  
nullis pro me subeundis pepercisti.

## P V N C T V M III.

**C**ONSIDERANDÆ etiam sunt cau-  
ſæ, cur Deus per tot annorū millia Ad-  
uentū hunc suū distulerit: duas tamen  
potissimū in cōmodum meum expendā. PR I-  
MA fuit, quò experientia ipsa grauissimorum  
ſuorum ſcelerū diſcerent homines extremam,  
qua tenebantur, huius Redēptoris necessitatē:  
qui, q̄ tanquā medicus, nostris morbis sanādis,  
ē cælo veniret, eosq; venire diſtulit, vt, illis  
quotidie crescentibus, & ſeſe magis prodenti-  
bus, ipſius medici sapientia & potentia infini-  
ta magis eluceret, qui tam grauibus diuturnis-  
que morbis curandis adē proportionatis vte-  
retur antidotis. Hac inquam causā, quod mudi  
superbia eosq; ascēdisset, vt Dei maiestatem  
ſibi homines usurparēt; voluit Deus, hominis  
formā accipere, & profundissima humilitate

I.



insolentissimam curare superbiam: & cùm diuitiarum cupiditas, honorum ambitio, & voluptatum audiitas maximè ferueret: tunc Deus ipse paupertatem, ignominias, doloresq; amplexus est; quid inflammata illam rerum huius mudi cupiditatem, inflammato earundem rerum contemptu extingueret. O cœlestis medice: grates tibi maximas, quod talis aduentus tui elegeris opportunitatem, ad morbos nostros tam aptis medicamentis curandos. Aspice Domine, quantoperè creuerint vulnera mea: ne, quæ so te, vltra differas medicinam: sed fac, citius experiar magnitudinem misericordiæ tuæ.

SECUND A eiusdem moræ causa fuit, quod velit Deus dona sua, magna potissimum, magni ab ijs fieri, quibus conferuntur; peticione orationibus & gemitibus solicite queri. Quod Patres illi, qui in Limbo detinebantur, & iusti dum terram adhuc habitabant, toto illo tempore præstiterunt. Eadem verò huius moræ operâ, confidentiam & patientiam eorum probabat, quibus Aduentus huius facta erat re-promissio. Est enim heroicae, singularisq; virtutis, confidentiam non amittere, cùm, quod promissum est, diu differtur impleri. Quapropter dicebat Habac. b si moram fecerit expeditum, quia veniens veniet & nō tardabit. Quasi dicere voluerit: Si iuxta cordis tui desideria moram eum facere iudicabis, confide; quia nō trahet eam vltra prouidentiæ sue præscriptum, tuæque necessitatis exigentiam: certò

a Heb. 11. 13.

b Haba. 2. 3.



enim, statuo tempore, veniet; quando eius aduentus vtilior tibi & commodior erit.

H A S duas causas mihi ipsi licebit accommodare, si perpendam, solere Deum interdum permittere, Electis suis diuturnas afflictiones & ariditates: vt hac experientia intelligent, quantope: è indigeant ipsis visitatione, ad altius iaciendum humilitatis fundamenta: vt ipsa morta, & visitantis velut absentia, remedij crescant desideria, in probatione fidei ac confidentiae: ac demum ipsum visitationis donum, cum venerit, magni fiat, soliciteque custodiatur. Quare felicem me iudicans, quod natus sum, post hoc mysterium mundo exhibitum, quo gratiarum donorumq; per illud collatorum copiosius essem particeps; studebo ut mea suspiria, gemitus, ac desideria in eo versarentur vt ipse Deus in cor meum per gratiam veniat; animamque totam donorum suorum abundantiam replere dignetur; vt compellationem illam c *Viri desideriorum*, qua Danielem Angelus compellauit, promerear; meis omnibus desideriis in eius aduentum directis, qui d

c Daniel. 9.  
23. & 10.ii.  
d Aggei 2.8.

## MEDITATIO VI.

*DE GABRIELIS ARCHANGELI ad Annuntiandum B. Virginis Incarnationis Mysterium aduentum & quaratione eam salutarit, eique timorem depulerit.*

## PUNCTVM I.



ONSIDERANDVM HIC PRIMVM, quid in celo gestum sit, cum tempus peruenit a Deo constitutum, quod Dei filius homo fieret.

Conspiciam itaque sanctissimam Trinitatem in Throno gloriae suæ; quæ, cum hoc ipsum vellet ei, quam in æterni Verbi matrem elegerat, notum facere, Legationem honorificam instituit, qua eius in eam dignitatem consensus requireretur. Cuius iterem

a Lec. 1.26. Euangelista describit his verbis: a Missione Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galilæa, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David: & nomen Virginis Maria.

IN qua Legatione consideranda haec: quis illam expedit, quis exequatur, ad quam dirigatur, & quodnam eius sit argumentum: & ex singulis fructus aliquis spiritualis erit excerpendum.

QVI

M  
P  
DE P  
R F



I.

Qui Legationem expedit, Deus est omnipotens, qui, et si creaturis suis non indigeat; quia tamen ipse summè bonus est, ut hominibus benefaciat, complacet sibi cuim eis agere; nuntios legatosque eis mittere nobilissimos Angelos, b b *Heb. 1.14.*  
*qui omnes* (Apostolo teste) *sunt administrato-*  
*rū spiritus, in ministerium missi propter eos, qui*  
*hereditatem capient salutis: quorum assiduum*  
*est ministerium, c descendere per scalam, quam c* *Gen. 28.12.*  
*vidit Iacob, Dei ad homines mandata defi-*  
*tes; & eandem concordare, hominū vota pre-*  
*cesque Deo offerentes. O immensæ Deus ma-*  
*iestatis! d Quid est homo, quod memor es eius? d* *Psal. 8.5.*  
*aut filius hominis, quoniam visitas eum? Lau-*  
*dent te Angeli ipsi tui, propter amorem adeò*  
*tenerum, quo homines prosequeris?*

Qui legationem executus est, fuit ANGE-  
 LVS adeò inter suos excellens, ut Gabriel, hoc S. Gregor.  
 est Dei fortitudo nominetur: quod fortitudo *hemil. 34.*  
 mittentis Domini; & illius, qui carnem est as. *in Euang.*  
 sumpturus; operumque; quæ idem perfecturus;  
 ac Ministrorum, quos ad ea mundo promulganda  
 adhibitus est, significetur: Quos legatus  
 hic refert, qui Dei e virtute fortis erat, ac po- e *Psal. 102.*  
 tens implere, quæcunq; sibi iniungentur, nō 20.  
 in hac modò tam honorifica occasione; sed in  
 quacunq; alia etiam humili, ut postmodum  
 videbimus: quia eius gloria est, exequi, quod Medit. 13.  
 vult Deus. Ad cuius imitationem contendam  
 & ego, diuinā gratiā, fortitudinem induere, ad  
 Dei voluntatem in omnibus exequendam.

EA, ad quam Legatio destinatur est pauper

II.

*Medit. 13.*

III.

VIRGO,

NTE

VIRGO, in obliuione apud mundum; pauperi fabro desponsata; in ciuitate adeo vili inhabitan<sup>t</sup>, ut vix credi posset, f<sup>ab</sup>on<sup>i</sup> aliq<sup>uid</sup> ex ea prodire: eadem ve<sup>re</sup> sanctissima, atque purissima; ideoque apud Deum tanta, ut Regum & Imperatorum mundi filiabus præferatur. In oculis enim Dei nulla maior est excellētia, quam sanctitatis; nec in meis alia esse debet; sed in solum magnum & estimandum censebo, quod estimat Deus.

## IV.

LEGATIONIS argumentū est, CONSENSVS Virginis, ut mater Dei esse velit. Est enim Dominus hic adeo ingenuus, ut quamvis absolutus sit creaturarum Dominus; earum tamen obsequia, in rebus adeo excellentibus, nisi libera sint, & spontanea, non admittat: & quamvis matrem esse Dei, res sit adeo excelsa & preclara; quia tamen non paruae difficultates ci-  
comunēt erant: non abs re erat, Virginem vtrumque scire; ut dignitatem cum onere scies, volenq; acceptaret: quō plus apud Deum ha-  
beret meriti; & facilius suauifq; ad portan-  
dām, onus illi redderetur. Eundem in modum  
nec ad habitandum quidem per gratiam, ho-  
minum corda ingredi, nec ad filiorum Dei di-  
gnitatem eos vult eleuare; nisi liberè (cum li-  
bertatis usum habent) in id consentiant.

## V.

Tract. de 7.  
tonis Spiri.  
aut<sup>e</sup> c. 6.

HNC, ad eandem Legationem spiritualiter perpendendam, fiet t<sup>u</sup> ansitus; quam mihi ipsi ita accommodabo. Nam Deus quotidiē in-  
visibiles Legationes, suis inspirationibus, ad  
me mittit: quae (teste S. Bonaventura) sunt;

sunt



sunt & legati Dei inuisibiles; per quos voluntatem suam aperiens, ingressum petit in animam, & obsequia mea requirit. Quare, cum tales sensero inspirationes, par est eas, ut Dei nuntios venerari; ei que gratias agere, quod sic mihi loqui dignetur. O dulcissime Pater! qui tanto amore studioque consensum a me requiris, atque si tua potius, quam mea interest, dona tua suscipere; inspira quod vis: quia omnibus, quae inspirare dignaberis, paratus sum assentire.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVS SECUND O loco est Angeli ad B. Virginē ingressus, modusq; salutationis. Et primū quidem Angelus fabricatum ex ære corpus humanæ figuræ pulcherrimum accepit, & ad cubile, in quo B. Virgo erat, summā modestiā, reuerentiā & grauitate ingressus est, eam in vultu sanctitatem præferens ut interiore latentem facile ostenderet. Ut hinc discamus, quales esse debeat etiam exteriori compositione viri apostolici, qui (Apostolo teste) a Legatione pro Christo funguntur: & similiter Religiosi, qui Angelicam vitam profitentur: quorum exteriora facies sanctitatem meritò referet, ut, qui illos viderint, ad eandem permoueantur.

INGRESSVS Angelus B. Virginem salutavit verbis non vanis, sed diuinis, quæ Deus illi suggerens, quasi posuit in ore dicens: AVE GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM,

BENE-

a. 2. Cor. 5.  
20.  
Ephe. 6. 20.

INTE

S. Ambros  
⁊ Beda in  
Lucas c. I.

b Hier. 31.

22.

LITERIBVS. Hæc salutandi formula (vt sancti dicunt) noua fuit, & à sanctissimâ Trinitate ad honorandam Virginem: eiusque sanctitatis, nouæq; dignitatis manifestanda causa inuenta: sicut ipsum mysterium, ad quod reuelandum dirigebarat, b nouum erat & inauditum. Ut enim Christus nouo homo erat, veteri Adamo contrarius; ita Virgo, quæ ipsum concepit, noua erat foemina, antiquæ Enæ contraria. Hoc ergo spiritu & estimatione dicenda ac meditanda est hæc salutatio, singulorum verborum excellenti, quam continent, significatione per pensa, gaudij gratitudinisque affectibus adhibitis, exultando animo ob tantam Virginis excellentiam: Deo etiam gratias agendo, qui eam illi tribuit; & aliquæ eius partem humiliter petendo, imitatione eius, quantum nobis, licebit, propositâ.

### A V E.

I. PRIMVM, Angelus, vt gaudium suum, nuntiumque latissimum, quod serebat, aperiret, ipsamq; B. Virginem securam redderet, in ipso ingressu dixit: AVE, quod idem est atque saluet te Deus, pax tecum, gaudie, esto secura: nuntium enim pacis & prosperitatis tibi adfero. O excellentissima Virgo, Virgo, toto cordis affectu te saluto, & AVE dico: per te si quidem nostra coepit salus, dum eius auctorem concepisti. Tu Euæ nomen communasti, eius calamitates dissolusti, nos misericordis replesti. c Eva illa, culpæ initium dedit; Tu,

gratia

c Gene. 3. 6.



gratia: illa nos serpenti subiecit; Tu eius caput contriuisti. Gaude o Virgo beatissima ob fœlicem, quæ tibi obtigit, sortem: innoua cor meum, quod nouum hoc laudum tuorum canticum, nouo quotidie spiritus feruore, tibi decantem.

DEINDE expendendum, cur Angelus initio huius Salutationis, proprium ipsius Virginis nomen non expresserit? nec dixerit: Ave Maria; sed Ave gratia plena! Hoc enim fecisse videtur, ut interligamus, noua & gloriosissima nomina Deum illi nunc imponere, vt apud Isaiam noua Messiae nomina imposuit: d *Isiae 9.6.*  
 Et vocabitur, inquit, nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis: quæ per excellentiam ei erant in Ecclesia tribuenda. Ut sicut Salomonem nomine sapientis, Paulum Apostoli voce nominamus; sic Virginem: Plenam gratia, Bene dictam inter mulieres compellemus. & v: Mes-  
 siæ nomen (eodem Isaiæ teste) est e Emanuel, c *Isiae 7.14*  
 quod est nobiscum Deus: ita Virginis huius nomen, per excellentiam sit: Dominus tecum. O Virgo sanctissima i alij te Virgam Iesse, Porta cœli, Sedem Sapientie, aliisq; nominibus compellent: mihi nunc cum Angelo præ aliis placet, Gratia plenam, Dei habitaculum, Benedic-  
 tam in mulieribus appellare: achorum non minum significata magnifica, honoris tui causa, declarare.

## II.

NTE

GRA-



## GRATIA PLENA.

I.

**C**ONSIDERANDVM HIC PRIMVM:  
quæ hæc sit GRATIAE PLENITV-  
DO:expendendumq; B. Virginē,omni-  
bus plenitudinis modis, gratiā plenam fuisse.  
Fuit enim in primis plena iustificante gratiā,  
charitate, fide, spe, humilitate, obedientiā, pa-  
tientiā, ceterisque virtutibus: Plena item fuit  
sapientiā, scientiā, pietate, timore Dei, cete-  
risq; Spiritus sancti donis. Memoria eius san-  
ctis cogitationibus replebatur; Intelligentia,  
insignibus Dei illustrationibus; Voluntas, fer-  
uentibus amoris, zeliisque actibus & affectibus;  
vehementibus gloriæ Dei, Messiæ aduentus,  
Redemptionis mundi desideriis. Et totam hæc  
plenitudinem re ipsa habebat, cùm Angelus ad  
eam salutandam est ingressus: erat enim & tunc  
& ferè semper horum mysteriorum contem-  
plationi intenta. Gratiā præterea erat plena in  
actionibus suis: quia eius opera erant plena, in-  
tegra, solida in ea plenitudine, quam habere  
poterant, rectæ intentionis, ferooris, amoris,  
vt non illud ei obiiceret Deus, quod Episcopo  
illi in Apocalypsi: f Non inuenio operatum pli-  
na coram Deo meo.

II.

EXPENDAM DE INDE huius plenitudinis  
eminenciam: nam et si vasa multa precioso li-  
quore sint plena, quod tamē capacius est, plus  
continet liquoris: ita multi quidem sancti  
gratia fuerunt pleni: sed hæc tamen Virgo

(S. Thoma)

M  
DE P  
R

f Apoc. 3. 2.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

(S. Thoma teste) eo quod esset capacious, præ aliis plena fuit; ea plenitudine, quæ Matris Dei dignitati erat consentanea: quæ quicquid dignitas multis superat aliorum sanctorum dignitatem & officia. Ipso porro gratiarum vas illud magis quotidie dilatabatur; ampliorumque gratiarum indies capacius fiebat. O Virgo sanctissima, quis edicere sufficiat, quantum plenitudo tua aliorum sanctorum plenitudinem antecellat! illi enim, ut flumina forte, gratiæ pleni erant: tu autem, iuxta nominis tui Eymon, plena es ut Mare. vehementer gaudeo, quod te S. Gabriel GRATIA plenam per excellentiam compellauerit: certus, nullum tibi in ea plenitudine parem esse: imo se sociosque suos ad te collatos, vacuos videri posse. Grates tibi Trinitas beatissima cib tantæ gratiarum plenitudinem, quam Virgini huic contulisti: ob cuius te merita supplex oro, ut eius mihi partem aliquam donare digneris, quod animæ meæ vas, et si paruum, repleatur tamè iuxta capacitatem suam. Omnisericordæ mater, & immensum gratiarum Mare, siquidem <sup>g Eccl. 1. 7.</sup> flumina ex mari exirent, in quod ingressa fuerant; exeat etiam ex te gratiarum aliquod flumen, quo animæ meæ vacuitas repleatur, & opera mea coram Deo plena sint & perfecta, Amen.

DOMINVS TECVM.

TERTIO: hoc verbo salutationem suam supra modum extulit Angelus: Dicens enim:

II. Part. Medit.

F DOMI-

NOTE

DOMINVS TECVM: omnes rationes, quibus Deus in puris creaturis suis esse potest, indicavit, in ipsa Virgine reperiri. *Tecum* itaq; est nō tantū per essentiam, præsentiam, & potentiam, vt in cæteris hominibus; nec per solam gratiam, vt in iustis; sed eminenti & speciali gratia, amicitia, arcta<sup>q</sup>; familiaritate intrate est. *Tecum* est, omnes animæ tuæ facultates mirabiliter sibi coniungens: Est in memoria, eam, vt semper de ipso cogitet, ad seruans; in intelligentia est, eam, vt continuè ipsum cognoscat, illustrans; in voluntate est, eam, vt semper ipsum amet, inflammans. *Tecum* etiā est, rebus tuis omnibus speciali prouidentia & protectione assistens, inspiracionibus te suis gubernas; & in omnibus, quæ agis, te dirigēs. *Tecum* est, vt in cœlo suo, in templo suo, in thalamo suo, in deliciarum suarum domo: & mox etiā, vt filius tuus erit in utero tuo: Quare eminenter, plenoq; ore tibi dico: *Dominus tecū*. Sed & illud non est præterendum, qd nō dixerit Angelus: Dominus est tecū, fuit, aut erit; sed absolutè *Dominus tecum*, qui fuisse, esse, & semper cū illa futurū significaret: atq; si distinctius diceret: à creatione tua fuit tecū, & nūc est, & aternū erit. h non commouebitur, nec mutationē à te faciet, aut mutationē vlla vñquā in te erit: quæ diuinæ obsecravit: O Virgo beatissima, congratulor tibi tantū bonū ipsummet Deum, eiusq; tam dulcem societatem: ora, quæso, eū, vi & mecum per gratiam suam esse non dedignetur, meque

Psal. 45. 6.

tali



tali amore possidere, ut nec ipse à me vñquā,  
nec ab ipso ego, in æternum auellar, Amen.

## BENEDICTA TV IN MULIERIBVS.

QVARTO: hoc verbo salutationi suæ Angelus finem imposuit: BENEDICTA, inquit, IVIN MULIERIBVS: & quia nullo Virginitatis tuæ detrimento, eris à maledicto sterilitatis immunis: & ab altero illo i in dolore pari- <sup>i Gene. 3. 16.</sup> endi, quia sine voluptate concipies. Eris in vniuersis mulieribus benedicta: quia, vt fæmina vna omnibus maledictis, quæ vniuersos homines comprehendenterunt, initiū dedit; ita tu benedictionibus omnibus cœlestibus, quæ eisdē superuenient, benedicto ventris tui fructu, initium dabis: per quæ k serpentis conterens caput, <sup>k Gen. 3. 15.</sup> eos à maledictis omnibus, quæ execranda eius suggestio illis adferret, eripes. Quapropter benedicta eris, interq; mulieres omnes laudaberis; milleq; benedictionibus, ab l Angelis cœ- <sup>l Ephe. 1. 10.</sup> li, & ab hominib. in terra, iustis & peccatorib<sup>o</sup>, repleberis; ad omnes enim copiosæ tuæ benedictionis fructus descendet. Et ego, indignus licet seruus tuus, te laudo, benedico atq; glorifico, animo exultans, quod idem ab omnibus præstari videam. Quare supplex te oro, ut benedictionum dulcissimi filij tui capitum nostri, quas per te, tanquam per collum souum Ecclesiæ suæ corpori communicat, me partipem facias. Libera me, quæso Domina, à culpæ maledictis; & poenæ, cuius sum reus; quod

F 2      bene-

NOTE



benedicere seruireque possim eidem tuo filio  
per seculorum secula: Amen.

## P V N C T V M III.

**C**ONSIDERANDVM TERTIÒ, qua-  
ratione B. Virgo salutationem Angeli  
excepit. Qua cum audisset Maria, tur-  
bata est in sermone eius, & cogitabat, qualis es-  
set ista salutatio. Quatuor hic insignes virtutes  
prodidit, quas licet imitari: Castitatem, Hu-  
militatem, Prudentiam, silentium. CASTI-  
TATEM in eo ostendit, quod, conspectore re-  
pente viro in medio cubili suo, cum sola & si-  
ne villo teste esset, turbata sit. Caucarum enim  
Virginum (ait S. Ambrosius) est, ad cuiusvis vi-  
ri aspectum, verbumque turbari: sicut viri ca-  
sti est, oculos suos auertere, ut sicut ait Iob,  
a ne cogitet quidem de virgine.

SED raram illam suam animi DEMISSIO-  
NEM magis patefecit, quod, cum, Angelo in-  
grediente, collecta ipsa in cubiculo esset in al-  
tissima Magnitudinem Dei, & Messie, ac Ma-  
tris eius futuræ contemplatione defixa: de sei-  
psa tamen quam vilissime senserit: Cum vero  
contrà Angelus in salutatione sua, ad eum ma-  
gnifica de ipsa proferret, turbata est, non tam  
ob conspectum Angelum, quam, quod tot lau-  
dum honorumque, quos ab eo audiebat, fun-  
damentum in se non preprehenderet.

PRUDENTIA M ostendit in eo, quod tantâ  
salutatione, nec sine examine, nec prius, q̄ eius  
finem scopumq; cognosceret, admittendâ exi-  
stimarit. Ideò non temerè aut precipitanter  
respon-

M  
DE P  
R

## I.

Lib. 2. de  
Virginibus,  
& in Ex-  
hortat. ad  
Virg.

a Iob. 31. 1.

## II.

## III.



responsum aliquod dedit, donec Angelus in sermone progrederetur: sed ad sibi charū vfitatumq; confugit SILBN IVM, ex externo humiliis verecūdæq; suæ turbationis indicio, potius quān verbo, tunc respondendum rata. O VIRGO purissima, quām opportunè illud pōsi tui nunc tibi accommodatur: b *Pulchra sunt genatua sicut turtria*, auis castæ ac verecundæ: in quibus tuæ castitatis pulchritudo, humilisque sapientiæ splendor elucet. Hæ Virginis virtutes & ornamenta apparebunt etiam magis, si eandem cum Eva illa prima muliere cōferamus; illa enim, adhuc virgo vagabatur in paradiſo; & ad primum verbum, quod malus Angelus, ore serpentis, illi est locutus, mox respondebat, longioremque cum eo sermonem instituit, quo superbizæ, curiositatis, imprudentiæ, & ad colloquia propensionis, aliorumque vitiorum, in quibus filij eius faciliè eam imitatur, aperta dedit indicia. Quapropter meritò erubescam; & prudentissimam hanc Virginem deprecabor, me ut iuuare dignetur: quò in similibus occasionibus, ipsius potius amplectar virtutes, quām illius vestigiis insistam.

## P V N C T V M IV.

**C**OGNITA sancta Virginis turbatione, & timore: Ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. In quo illud PRIMVM est perpendendum: Boni spiritus proprium esse, quemcunq; timorem & turbationem cordis sedare, quò cum quiete paceque diuinæ revelationes

IV.

b can. I. 10.

c Gen. I. 3.1.

&amp;c.

I.



fuscipliat. & quamuis turbatio hæc Virginis o-  
mni culpa & imperfectione caruerit; ex ea ta-  
men coniicere licet, quantâ curâ bonus Ange-  
l⁹ studeat illas, quæ cū aliqua culpa aut im-  
becillitate nostra sunt coniūcta, cōponere Qua-  
re, q̄ in me erit, meritō contendā, illas à me re-  
pellere; ne diuinis visitationibus impediero-  
sint; & illud Christi ad Martham: *Solicitas &*  
*turbaris erga plurima, cūm vnum sit necessariu,*  
audire merear. Meū igitur custodē Augelū in-  
stāter sic orabo: Aufer à me, ô beatissime spiri-  
tus, vnuū omuē timorē, vt amoris diuini ca-  
pacior fiā: Sed à turbationem illam, quā in hi-  
scē terrenis patior: quō expeditior sim ad con-  
templanda cœlestia; & illo vno contentus, in  
quo æterna mea est reposita requies: Amen.

CONSIDERANDA deinde dulcissima il-  
la Angeli, ad Virginis timorē repellendū, ad-  
iecta sententia: *Inuenisti gratiam apud Deū,* qua-  
si illi dixisset: non est q̄ vel Dēmonē, vel inter-  
nū, aut inimicū vllum visibilem aut invisibilē  
hic timeas; aut quæ à me audisti magnifica, &  
aliora, quæ subiungā, suspecta habeas: *Inueni-*  
*sti enim gratiam apud Deū:* quod ad tuā plenam  
securitatē & quietē satisti bī esse debet. Nāc  
hoc tibi prouenit, quod plena sis gratia, quod  
*Dominus sit tecū,* quod in mulierib. sis benedicta:  
qui enim gratiā apud Deū inueniterit, que-  
bona ab eo nō recipiet, larga manu: ô fortuna-  
tā milliesq; felicē illam animā, quæ gratiā in-  
uenit apud Deū! Si apud terrenū Regem gratiā  
inuenire, felicitati tribuitur; quantō maior illa

cen-

M  
P DE P  
R. T. g.

## II.



censenda est, quæ inuenitur apud cælestē! Ex illa. n. gratia prouenit diuinarū, honorū, dignitatū, aliorumq; huiusmodi honorū, quæ Rex terrenus priuatis suis elargitur, abundantia; quæ sēpē implacabili eius indignatiōe terminatur: at ex cælestis Regis gratia, virtutum & coelestium donorū prouenit copia, quā Deus suis cōnunicat dilectis. Quapropter de præcipuis sanctis dicit Scriptura, quid gratiā apud Deū inuenient, ut de a Noe, b Moysē, c Dauide a Gen. 6. 8. & aliis: præ quib⁹ tamē omnibus B. Virgo co- b Exod. 33. ram Deo gratiā inuenit: ad quē tā propè acceſ- 13. fit, ut illa cum illo, & ille cū illa semper fue- c Act. 7. 45 rit, donec in ventre suo illū, ut vera mater, cō- ciperet. O M A T E R dulcissima! gaudeo tantam te gratiam apud Deum inuenisse, & quoniam Esther Regina, q̄ d gratiam apud Assuerū Regē d Esth 2. 17. inueniſſet, in cauā fuit, cur eius etiam populus apud eundē in gratia, & magno loco effet: esto tu nostra mediatrix, ut & hic gratiā apud Deū inueniamus: & illam tandem consummatam, quæ æterna gloria est, consequamur, Amen.

E S T autē diligenter attēndendum: quamuis Deus hoc fauore non dignetur hominem propter eius meritas sed suā solā misericordiā: ad eum tamen obtinendū maximē conferre ani- mi demissionē, qua illū B. Virgo obtinuit. Ideo Spiritus S. dixit: e Quanto magnus es, humiliare c Eccl. 3. 20. in omnibus: & coram Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, ab humili- bus honoratur. Ab humilibus honorari Deum ait, quia omnium, quæ habent, honorem &



gloriam Deo attribuunt: quapropter multò amplius Deus illos honorat, & maiorem semper apud eum gratiam inueniunt. Si itaque anima mea, gratiam apud Deum inuenire cupis, sicut sanctissima hæc virgo inuenit, humiliare in omnibus sicut se illa humiliauit: f quia Deus superbis resistit: humiliis autem dat gratiam.

f Jacob. 4.6

M  
I  
F DE P  
R I

a Luc. 1.31.

## MEDITATIO VII.

*QVA RATIONE ANGELVS,  
Incarnationis Mysterium Virgi-  
ni annuntiauerit.*

## PVNCTVM I.



OSTQVAM B. Virginem à turbatione sua Angelus erexit, legationem suam sic proposit. Ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabū nomen eius IESVM: hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus Sedem David patrū eius, & regnabit in domo Iacob in aeternum; & Regnus eius non erit finis.

I.

IN quib. verbis, multiplex celsitudo praestatoriaq; illius filij, quē Angelus Virginī promittit describitur. PRIMA est, q; IESVS sit, mundusque SALVATOR: idq; eminentiūs, quām fuerint reliqui huius nominis, vt postea dicetur.

Deinde,



DEIN DE, pleno ore & absq; limitatione pronuntiat cum fore MAGNVM: verè enim magnus diuinitate & humanitate; magnus sapiëtiæ & sanctitate, vitâ & doctrina, verbo & exemplo; magnus potestate, quam in res omnes habebit; ut magnitudinis huius suæ participatione alios etiam magnos coram Deo efficere possit. TERTIA, quod idem ipsius Virginis Filius sit etiam FILIVS ALTISSIMI. QVARTA, quod æternus eius Pater datus ei sit SEDEM, thronum scil. imperiumque super Electos oës, designatum per Sedem David, & Dominum Iacob, à quibus, quæ homo est, descendit. QVINTA, quod eius Regnum æternum, & sine fine duraturum sit. O Legationem gloriosam, nuntiumq; lœtissimum! O felicem Virginem, cui tanta promittitur proles! Felicem filium, in quo tot coeunt dignitates! quas oës Angelus distinctè nuntiauit, ut certior Virgo fieret, quem esset conceptura, eum esse Messianum, per Prophetas antè promissum, cuius tot essent excellentiæ prænuntiatae. Ex quo inducar in magnam æstimationem & amorem erga altissimum hunc Messiam, de singulis eius quinq; prædictis excellentijs exultans: simul memor quinq; vulnerum principalium, quæ in cruce postea suscepit; quod eorum fructus Electis ipsius mihiique applicentur. Nam ideo illæ omnes fuerunt in cruce manifestatae, ut suo loco videbimus.

NUNC tantum perpendam; Excellentias hasce ab altissima vñigeniti filij Dei animi de-

II.

III.  
IV.

V.

NOTE

missione prouenisse, quæ primo Angeli ad Virginem verbo exprimitur: *Ecce concipies in utero, ac si apertus dixisset: quamuis tantus sit Saluator, & Rex æternus: eò tamen se demittet*, ut maiestatem suam ad infantulæ, qui sc̄eminæ utero concipitur, paruitatem contrahat: ex qua paruitate magnitudo eius sumit initium. ut impletatur illud Isaïæ: b *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est Principatus super humerum eius. & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consilarius, Deus Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: super solium David, & super Regnum eius sedebit.* O Princeps supreme qui c de monte, id est, è cælo, tanquam *Lapis sine manibus abscessus descendisti, absq; viri opera in utero Virginis conceptus;* & ad tantam montis altitudinem factus es, ut impleres terram; Regnum tuum, quod æternum & sine fine est, per eam dilatando: grates tibi, quod extremam paruitatem ratiæ magnitudinis fundamentū posueris; concede mihi, ut non meis, sed tuis innitens manibus, talia tibi seruendi cōcipiam desideria, ut in magna gloriæ tuæ opera crescant. Amen.

## PUNCTVM II.

**A**UDITO hoc nuntio, dixit Angelo virgo: *Quomodo siet istud, quoniam virum non cognosco; quasi diceret: Nihil de omnipotentia Dei, nec de tuis promissis dubito; sed cupio tamē à te instrui, qua ratione ijs,*

quæ

M  
P DE P  
RI

b Isa. 9. 6.  
&c.

c Dan. 2.  
34. 45.



quæ dixisti, obtemperare liceat, cùm voto non cognoscendi virum, me obstrinxerim? Quo reponso ostendit B. Virgo insignem prudentiam, maximumq; virginitatis amorē: vt iure merito Ecclesia sancta prudentissimam eam Virginem appelleat. Quamuis enim excelsa omnino Angeli promissio esset: non tamen statim eius splendore capta, eam acceptauit, donec intelligeret, qua ratione cum virginitatis voto, quo se obstrictam teneri sciebat, cohiceret. Adeò enim castitatis seruandæ studio tenebatur, vt grāue illi futurum esset, cum eius industria etiam tantæ prolis matrem constitui: & quāvis Messiæ matrē, iuxta Isaiæ Prophetiam, <sup>a</sup> *Išai. 7.14.*

VIRGINEM futuram non ignoraret: voluit tamen Angeli reuelationem prudēter examinare, vt, quo pacto cum Prophetæ reuelatione consentiret, depræhenderet. Ad cuius imitacionem, tum magnū concipiā amorē castitatis, fugiens pro viribus oēs eam inficiēdi occasio-  
nes, etiā quæ pietatis & religionis speciem pre-  
ferant: tum diligenter spiritū examinabo, qui ad aliquid inclinet, in quo el<sup>e</sup> integratīs mi-  
nuendæ periculum appareat: ne fortè sit Sa-  
thanas, qui (Apost. teste) <sup>b</sup> *transfigurans se in Angelum lucis*, me subducat, vt alios etiā inno-  
centissimos, sed sibi nimium fidēces, aut alio-  
rum salutis zelo imprudenti actos, propriæ  
non tanta ratione habita, decipit.

IN eisdem verbis (quæ prima à B. Virgine prolata leguntur) quatuor sunt obseruandæ circumstantiæ, in quibus preclarā quædā pru-

*Regula pru-  
denter lo-  
quendi.*

den-



denter loquendi Regula depicta esse videtur.  
Fuerūt enim verba hæc pauca, nec plura quam  
essent necessaria, in occasione magni mometi,  
modo humili, valdeq; decenti prolata: ut vi-  
deatur B. Virgo memor omnino fuisse consili-  
sapientis: c Adolescens loquere in tua cause vix:  
si bus interrogatus fueris, habeat caput respon-  
sum tuum. in mulier esto quasi inscius, & audi-  
tacens simul & quarens omnia suo tempore.  
Hæc omnia mirè seruauit virgo brevibus hisce-  
suis verbis: quæ non prius locuta est, quæm bis  
Angelus loqueretur. & licet nō decesset occa-  
sio in sua interrogatione pergendi: nihil ta-  
men, nisi quod necessarium fuit tetigit, idque  
brevissimè, aperiens tantum, quo obstricta el-  
ser, castitatis votum: verbis humilibus, castis,  
& quæ satis essent, ut Angelus intelligeret: Vi-  
rum non cognosco. O virgo sanctissima, merito  
Sponsus in labijs tuis sibi complacuit, cum di-  
xit: d Sicut vitra coccinea a labia tua: & eloqui-  
tuum dulce. quasi mellis fauus sensim distil-  
lans: quia verba tua succineta sunt ac preme-  
ditata; cum quiete, dulcedine, & charitate  
prolata. Ora ergo eum, Domina, ut cui tanto-  
perè hæc loquendi Regula arridet, eam corde  
meo imprimat: quò verba mea, benè prius  
ponderata, ex eo prodeant.

## PUNCTVM III.

**H**IC Virginis quæstioni Angelus re-  
spondit: Spiritus S. superueniet in te. &  
virtus Altissimi ob umbrabit tibi: ideoq;  
& quod



& quod nascetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei. In quibus Angeli verbis, tria sunt promissa perpendenda. PRIMVM: eam conceptionem non viri, sed Spiritus sancti operâ, qui in Virginem è cælo superuenturus esset, perficiendam: & quoniam spiritus huius opera, perfecta sunt; eum simul etiam nouam esse gratia plenitudinem eidem allaturum: qua magis ad hoc opus admirandum disponeretur. SECVNDVM Promissum fuit: *Virtus altissimi obumbrabit tibi: quæ te à sensu voluptate in conceptu præseruans, ex purissimo tuo sanguine, infantuli corpus efformatura est, volucris instar, quæ alis suis ova fouens, calore suo vitam impertit.* TERTIVM fuit, quo prioris veriusque rationem reddidit: Ideoquæ & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Deus: non adoptione ut cœteri iusti; sed naturâ, propter humanæ naturæ cum diuina coniunctione: ideoquæ sanctum futurum, non priuilegio, sed virtute sanctæ ipsius conceptionis. O quam tria hæc promissa lætitiam Virgini pererunt! O Virgo sanctissima! si ad Angeli ingressum gratiâ eras plena: quanto eris plenior, noua illa plenitude ex aduentu Spiritus sancti accedente? Si autem Dominus erat tecum, qui te gubernaret, protegeret, ac solaretur: quanto nunc eris magis, cum Altissimi virtus te obumbrauerit? Nouo nunc iure licet tibi dicere: a Sub umbra illius, quem desiderauerauam, sed: & fructus eius dulix guturi meo. Sedens sub umbra Altissimi secura ero,

I.

II.

NOTE

*a Cant. 2.3.*

III



illa remouebit in conceptu, sensus tui voluptatem: cuius conceptionis fructus Deo erit in primis gratus; Angelis iucundus & suavis; nobis salutarius. Felix faustaque, o virgo purissima, tanta isthac sit plenitudo; felix umbra, cu spe dulcis a deo fructus; & quae tantam hodierna die gratiam apud Spiritum S. inuenisti, ora, ut & super me venire dignetur, & mihi virtute sua obumbrare, quod sub dilecta eius protectione sedens, diuinæ ipsius præsentie fructus delibem.

H I N C discam: si, vt B. Virgo filium Dei cōciperet, opus fuit Spiritum S. in eam superuenire; & Altissimi virtutem eidē obumbrare: multò magis esse necessariam diuini Spiritus inspirationem, & virtutem, Deique omnipotētiā, quæ mihi obumbret; appetitionum mearum sensualium ardorem attemperet; & in tentationibus ac periculis omnibus mihi as-

b *Isai. 26.18* fistat, vt ego b *Spiritu salutis* in anima mea *Fulgent. lib. concipiam*, per quem adoptiuus Dei filius efficiar. Hac fide merito in celum clamabo; O Spiritus sanctissime, veni ex alto in pauperemam meam, & diuinæ tuæ inspirationis semen in ea sparge, vt salutis spiritum concipiatur.

c *Psal. 16. 8.* O Altissimi virtus. d *Psal. 139.8* c *Sub umbra alarum tuorum protege me.* d *Obumbrā super caput meum in die belli.* & temptationis: ne infernales milii præualeant aduersum me; neve amittam ego debilitate mea, quod tu in me inchoasti gratia tuæ. Amen.

PVN-



## P V N C T V M IV.

**H**is, quæ prius dixerat, adiecit Angelus:  
Ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa con-  
cepit filium in senectute sua: & hic men-  
sis est sextus illi, qua vocatur sterili: quia non  
erit impossibile apud Deum omnia verbum.

AD tria respexit Angelus his verbis: PRI-  
MVM, ut rem ipsi virginis reuelaret, gratissimam  
ob eius charitatem, cuius est proprium a flore <sup>a Rom. 12.15</sup>  
cum flentibus, & gaudere cum gauderibus. Bea-  
tissima enim Virgo, quæ doloris cognatæ suæ  
Elisabeth, ob sterilitatem, particeps fuerat:  
merito, ob exoptatam conceptionem, eidem  
nunc congratularetur.

**S E C U N D U M** fuit, vt Legationi ac dictis  
suis ex eplo aliquo sensibili fidem faceret, si e-  
nim senex & sterilis conceperit: facile est credere,  
virginis concepturæ: quia Deus omnia potest:  
& quæ facile illud effecit, ita & hoc efficiet. Ex  
quo illud etiā discere licet: quemadmodum me-  
ritò bonus spiritus eos, q. ipsius reuelationibus  
sicē non habent, corripit, si incredulitatis affe-  
ctu signū aut miraculū petant: (vt Zachariam  
idē Gabriel Angelus in pœnam incredulitatis  
b mutum ad tempus reddidit: q. dicenti, filium  
ipsi nasciturum, respondisset: c vnde hoc sciam?  
ego enim sum senex; & vxor mea processit in  
diebus suis.) ita signum non potentibus, quia  
dictis fidem habent, libenter aliquod offert: ve  
nunc B. Virginis, ad eam exhilarandam & con-  
solandam, Elisabeth exemplū stupendū obtu-

I.

II.

b *Luc. 1.18.*  
c 12.

lit.ea-

N T E



lit, eadem etiam operā ipsam iam credentem, in sua fide confirmans. Ex eodem porrō facto intelligam, quanti referat, res fidei firmissime credere: nam sic dicit credentibus solet Deus maiora veritatis signa interius conferre: quia incredulis & hæsitantibus negat, iuxta illud Isaiae, *e si non credideritis, non intelligetis.*

*d. Iohann. 15.15.*

*e Isai. 7. 9.  
iuxta 70.*

TERTIVM, quod voluit Angelus, fuit omnium, quæ dixerat, fundamentum aperire, cum verbum illud memorabile attulit: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum.* quia quicquid vult, potest; & implet quidquid promittit: nominatim illud utrumque stupendum, quod iam retuli: & Sterilem, & Virginem concipere, & parere posse. Ex quo duo etiam alia ad spiritualem meam consolationem despiciam. PRIMVM: quamcunq; animam, etiam quæ diu ad bona opera sterilis fuerit, etiam cum sterilitas illa profundas egit radices, posse Dei omnipotentiā mutari, & foecundari; ut sanctæ huius Elizabeth exemplo (quæ S. Ioannem (quod gratia interpretatur) post tam longam & inueteratam sterilitatem concipere & parere potuit) possit in se gratia & benedictionis fructus eximios Deoque placentes concipere. Et hac spe me ipsum exhilarare licebit, ac ad asequendam felicem illam foecunditatem excitare; memor Isaiae & Apostoli dicentium: *f. Latare sterilis, quia non parit: erumpere & clama, quia non partur: quia multi filii deserta, magis quam eius qui habet virū.* Tu enim, quæ ut Sara sterilis haec tenuisti.

*f. Isai. 54.*

*I. & c.*

*Gal. 4. 27.*



fueristi, plures habebis proles; quām fœcunda  
alia quæcunq; Agar. S E C V N D V M est, Quod  
vt B. Virgo Domina nostra, Spiritus S. virtute  
concipere potuit ac parere vnicum filium, qui  
centum millibus alijs præferri potuit; ita qui  
g Virginitatem Deo voverunt ac seruant, spi-  
ritales concipient filios, qui carnales omnes  
longo interuallo excedant; Deo illis reddéte,  
quod promisit per Isaiam, vt Parte I. Medit. 20.  
dictum est.

2.

g Matt. 19.

12.

Isai. 56. 4.

20.

MEDITATIO VIII.  
*DE VLTIMA VIRGINIS*  
ad Angelum responsione, qua illius  
Legationi consensit.

## PVNCTVM I.

**A**UDITA integrâ Angeli Lega-  
tione, respondit Virgo sanctissi-  
ma: Ecce ancilla Domini, fiat  
mihi secundum verbum tuū. Per-  
pende hic, quanto desiderio, re-  
sponsum hoc Angelus exspectarit! nec Ange-  
lstantum, sed sponsus ipse Spiritus S. qui ad  
cor Virginis illud Canticorum canens: a Sonet a Can. 2. 14.  
vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis:  
eidem verba, quæ responderet, inspirabat: ipsa  
verò insignes aliquas virtutes exercens, vlti-  
mam dispositioni manum imposuit, qua digna  
redderetur, quæ Dei mater esset.

II. Part. Medit.

G

PRI-

NTB



I.

PRIMA virtus fuit, magna fides, qua verbis  
Angeli credidit, quod virgo manens, mater es-  
se posset: altissimè de omnipotentia Deisen-  
tiens.

II.

SECUNDA fuit, profunda animi demissa,  
qua inter tot excellentes, quæ simul sibi offe-  
rebantur, dignitates, DOMINI ANCILLAM  
se esse professa est; ac proinde indignam, qua  
mater esset eiusdem. quapropter, quod in se-  
erat, in ultimo, qui ancillis debetur, loco se  
collocauit.

III.

TERTIA fuit, insignis OBEDIENTIA,  
suique in manus Dei resignatio, dum ad ex-  
quendum, quæ Angelus dixerat, & quidquid  
Deus amplius iubere veller, se promptam ei-  
hibuit. O virgo sapientissima, à quo didicisti  
tam exactè coniungere, quæ tam remotè à te  
inuicem distant? Si Dei matrem futuram tu  
credis; quomodo eius te ancillam profiteris?  
& si ancillam iudicas; quomodo te offers ut lis  
Dei mater? Quid habet quod agat mater cum  
ancilla; & quomodo in uno sese compatiuntur  
tantæ humilitatis fides, cum fide tantæ  
excellentiæ? & tam profunda humilitas cum  
tam excellenti celsitudine? O diuinæ sapien-  
tiæ altitudo! O eius omnipotentiae miracula!  
Tua sunt hæc stupenda Domine: & tu verè no-  
sti, & potens es, matrem & virginem coniun-  
gere; ancillam & matrem, humilitatem & ma-  
gnanimitatem: & horum omnium fidem cum  
humana intelligentia. O PATER cœlestis, d  
qui abscondisti hæc mysteria à sapientibus &  
pro

b Matt. II.  
25.



prudentibus, & reuelasti ea parvulis; & propter ea c vbi est humilitas, ibi & tua est sapientia. Doce me demissè locum insimum eligere in terra; & magnanimiter altissimum in cælo, ut nihilum, quod ex me habeo, cum maximo, quod gratiâ tuâ esse possum, feliciter coniungam.

c Pron. II. 2.

## PVNCTVM II.

**Q**uoniam mysterijs multis hac B. Virginis verba sunt prægnantia, expedit, singula seorsim meditari, spiritum in eum contentum, in commodum nostrum perpendendo.

## E C C E.

FAMILIARIS hæc vox est Scripturæ, cùm magnum quid, & magna consideratione dignum vult indicare. Èâ vsus est Angelus hic initio Legationis suæ, cùm dixit: *Ecce concipies, eâdem voluit beata Virgo uti, cùm respôdit: Ecce ancilla Domini.* Nam, vt Angelus magnoperè optabat, Virginem sanctissimam diligenter secum perdendere grandia illa, quæ Dei nomine promittebat; ita Virgo ipsa magno tenebatur desiderio, vt Angelus, ipsius vilitatē expéderet, quam ipsa ex proprio in se agnoscebat; & simul tamen propensionem, Dei mandatis obtemperandi. Humiles enim, cùm dona, quæ à Deo acceperunt, manifestari audiunt; vehemēter cupiunt, miserias; quas ex seipsis habent, alijs innotescere: ne donna illa, proprijs ipsorum meritis, sed diuinæ

G z

larginæ

NTE



larginati, ea donanti, tribuantur : cui summo-  
perè cupiunt se gratos exhibere ; ac propterea  
etiam promptos & obedientes.

### ANCILLA DOMINI.

*Grāde quid  
est, Dei esse  
seruum.*

a Rom. 8.15  
Gal. 47.31.

I.

b Isai. 44.5.

HOC verbo antiquam de se opinionem, hoc  
est à tempore quo vti ratione cœpit, conce-  
ptam, clare manif. stauit, & quamvis Serui &  
Mancipijs nomen, qua parte diuinum seruitiū  
ex a spiritu timoris & quasi coactum designat,  
in Scriptura reprehēditur ; quando tamen ser-  
uitus amori coniungitur, nomen est honorifi-  
cum : quia seruus non suus est, sed Domini sui:  
nec libertatem habet, quæ velit facendi ; sed  
quod iubet Dominus, cui non ob salaryum aut  
mercedem inseruit ; sed, quia ad id tenerit, non  
sibi sed Domino suo laborat : nec soli ipsius  
Domino, sed omnibus, qui in familia & domi-  
sunt, seruit: & in ea infimum tenet locum : ei  
que ad suū vsum, quidquid deterius & ab aliis  
reiectum est, datur. Hæc omnia B. Virgo de-  
sentiebat, cùm se Domini ancillam nominavit.

PRIMVM enim non se suam esse reputabat,  
sed Dei Domini sui, vt ipsius possessionem : tum  
quod ab ipso creata esset ; tum quod se ipsam  
totam perpetuo eius seruitio omnino manci-  
passet ; verba illa in corde suo conferens, que  
de iusto refert Isaias b Iste dicit : Domini eg-  
sum : idq, manu propria scribet, & subscribet,  
quod Domini sit. Nam vt fidelis seruus nun-  
quam fugit à Domino suo, aut se illi subtra-  
hit, aut alteri alicui simul seruire vult, cum

c nemo

M  
E DE P  
R R



## DE B. V. RESP. AD ANGEL. 101

c nemo posse duobus Dominus seruire simul. Ita c Mat. 6.24  
B. Virgo nec ad momentum se à Dei seruitio separauit; aut alteri alicui, præterquam ipsi Deo seruuit. Perfectissimè illud implens: d Dominum Deum tuum adorabis, & illi SOLI d Deut. 6.13  
seruies. In omnibus D E I N D E rebus, non II.  
quod ipsa volebat; sed, quod iubebat Deus, ex-equebatur: quia voluntatem propriam non habebat, neque carnis libertatem: ideoq; voluntati Dei affixa ita erat, vt nec ab ea discedere dilibertate habere videretur: sed potius gloriaretur: se ita e ancillam esse, vt eius oculi in e Psal. 122.2.  
manibus essent Domini sui, attendens quid sibi faciendum insinuaretur: vt ad eius nutum moueri se sineret. P R A E T E R E A, non ob stipendium seu mercedem Deo seruiebat, aut in premium aliquod præcipue respiciebat: sed tanquam ancilla, ad omnia se teneri existimabat: gaudens, si quid Domino suo gratum efficeret posset. Quare fixam valde sententiam illam, quam postea Christus ipse docuit, cordi suo habuit: f C um feceritis omnia, qua præcepta f Lue. 17. 10  
sunt vobis, dicite: serui inutiles sumus: quod debemus facere fecimus.

H I N C & illud oriebatur: quidquid perficeret aut laboraret, non sibi, sed Domino suo perfectum voluisse. Etsi enim meritum præmiumque ipsi remaneret; id tamen totum in Dei gloriam, non suam dirigebat; illud dicens Cantorum: g In portu nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruavi tibi. Omnia, inquit, vitæ meæ opera, tam presentis,

g Can. 7. 13.



quam præteritæ, volo palato tuo grata esse, ad gloriam tuam referri: quia nec viuere nec mori volo mihi, sed tibi, cuius me totam esse libenter agnosco.

V.

h. Reg. 25.

41.

i. Isa. 44.1.

Zach. 3. 8.

k. Ps. 15. 16.

TANDEM B. Virgo non solum Domini ancillam se agnoscebat, ut ipsimet tantum seruiret; sed omnibus eius domesticis & familiaribus. Nam & cum esset in templo, parentum, & cum esset apud sponsum suum Ioseph, illius seruitio multo promptius attendebat, quam Abigail cum diceret Davidi: *Ecce famulata, sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum Domini mei.* Quo humilitatis spiritu insimum semper in domo Dei locum elegit, & quod in mundo vilissimum & abiectissimum erat, ut postea apparebit.

HAB C omnia animi sensa habuisse B. Virginem credere licet, cum se *Ancillam Domini* appellauit. Quo nomine propterea multum gloriabatur, quod Deo valde gratum esse sci-  
ret, qui & Messiam ipsum filium suum i. Seru nomine, quæ homo erat, appellauit. imò ipse met (vt k Prophetæ referunt) eodem titulo gaudiebat. Quod si B. Virginis deuotio curset, eadem appellatione & spiritu, qui in praedictis omnibus latet, exultare debeo, dicens cum Dauide: *O Domine, ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuae: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo.* O Deus animæ meæ, gloriam mihi reproto, quod seruus sim tuus: quia me creasti; & iterum seruus sim: quia me redemisti.

Filius



Filius sum ancillæ tuæ, quia hæreditate habeo, quod seruus sim: sed nominatim ancillæ tuæ Virginis sanctissimæ matris tuæ filium me profiteor; cuius meritis supplex oro, ut peccatorum meorum, appetitionumque catenas dirumpas: quò à pessima hac seruitute expeditus, tibi in spiritus libertate deseruiam; laudemque, ac sanctum tuum nomen glorificem in æternum. Amen.

## FIAT M I H I.

N O N vacat mysterio, quod beata Virgo non responderit Angelo: Ego faciam, aut accepto, quod mihi dicis: sed via sit verbo FIAT, quo Deus ipse, dum crearet mundum, est vius, dicens <sup>1 Gen. 1. 3.</sup> I Fiat lux &c. Intelligebat enim Beata Virgo, Incarnationem, esse omnipotentiæ Dei opus, sicut fuit ipsa mundi creatio: ideoque uno FIAT omnipotentiæ eius esse perficiendam: nullo ipsius merito rem adeò gloriosem exigente: quamuis, dum dixit FIAT, simul, ut fieret, acquieuerit. atque si distinctius dixisset: licet consensus meus, ut potè Dei ancillæ, necessarius non sit: quia potest ipse liberè de me disponere: neque ego digna eram, cui talis gratia fieret: quia tamen ipse Deus ita vult: FIAT. Mihi enim nihil gratius esse potest, quam quod ipsum velle intellico. Ex quo perspicitur excellentissima B. Virginis obedientia, resignatioque in sui



nihil cognitione fundata; quæ se obtulit præptissimam, nulla Dei illi verbo, FIAT, opposita resistentia: sicut nec insensibiles creaturæ, nec quod nihil est resistunt, cùm Deus dicit: FIAT.

SED, quòd huius consensus præstantia clariùs appareat, expendendum est: B. Virginem non tantum in magnifica illa Angeli promissa, mentis oculos conieciisse; sed simul in gravissimos labores, quos promissus filius erat perpeccurus; quosque ex Scripturis sacris ipsa didicerat; & quorum esset magnam partem subitura. Quare ita matris tanti filij dignitatem acceptauit, ut eius quoque onus gravissimum amplectetur. Ac propterea etiam se Domini ancillam nominauit, cui non ut Dominæ ministraretur; sed ipsa potius, ut ancilla, ministraret, ac pateretur. GRATIAS tibi sanctissima Virgo, quòd ita generosè, & tanta cordis magnanimitate offeras te ipsam. Laudent propterea te Angeli cœli, iusti huius terræ, & ij qui in Lymbo tuum istum consensum expectabant: qui omnes eius sunt participes effecti. Ora, quælo, filium tuum, eam ut mihi resignationem concedat, ne vili ipsius mandato resistam: aut laborem ab ipso impositum refugiam: sed ad omnia, quæ ipsius sunt voluntatis, verbum illud Fiat usurpem: & illud: in Dominus est: quod bonum est in oculis suis, id faciat mihi seruo suo.

m. i. Reg. 3.  
18.

SECVN-



**SECUNDVM VERBUM  
tuum.**

NEQV E istud mysterio caret: quod B. Virgo non dixerit; **F I A T** in me, quod Deus mandat, aut vult; sed **F I A T** mihi secundum verbum tuum: sicut enim fidei & obedientiae suae perfectionem magis ostendit. Fides enim perfecta æquè, quod per alios reuelat Deus, credit, atq; quod per seipsum; & perfecta obedientia æquè obedit Dei ministris, cum aliquid iubent, atque Deo, cum iubet per se. Nam n*qui vos* n Lue.10.16. **audit**, inquit ipse Christus, **me audit**. Licet tamen eandem Virginem etiam inspicere, quasi se supra seipsum in hoc momento, etiam supra Angelos, & quicquid creatum est, eleuasset; & responsonem suam non tam ad Angelum ipsum, cum quo loquebatur; quam ad ipsum Deum, legationis auctorem, direxisset. Atque si expressè sic locuta esset: Pater æternæ, **Ecce ancilla Domini**; fiat mihi secundum verbum tuum: non solum iuxta verbum, quod mihi Angelus proponit: sed iuxta Verbi, quod tu in æternitate tua intra te ipsum loqueris, desiderium: quod, cum tuus sit filius, meus etiā esse cupit: quod, quia ipse vult, fiat mihi, ut ipse iubet. Ad huius verò Virginis imitationem, dicam & ego saepius Deo, eodem quo illa sensu: **Ecce seruus Domini**, fiat mihi secundum verbum tuum: paratus sum enim opere exequi, quicquid diuino tuo verbo mihi praescriperis.

## PUNCTVM. III.

I.

**A**UDITA Virginis responsione, *discessit ab ea Angelus*. Perpendendum hic *primum* est: quād iucundus hilarisque illi fuerit, tali Virginis accepto responso: eius prudentiæ, exaltaque virtutis admiratiōne, affectus gaudio ingenti; exultabat, quod tam sibi à Deo legationem commissam, tam feliciter expediuit. Hęc enim duo summa consolationi sunt Angelis & iustis: neque vila alia animi oblectatio conferri potest cum ea, quae ex diuinæ voluntatis executione proficiuntur; & ex eo, quod alios videamus eandem

*a Psal. 29. 6.* audire amplecti: a vita enim, ait David, involuntare eius.

II.

CONSIDERANDVM deinde: Angelum nec ad momentum, post acceptum Virginis responsum, moras traxisse; sed cælum mox repetiuisse. Ex quo discemus: quemadmodum Angeli, expedito commissio sibi à Deo ministerio in terra, statim in cœlum, tanquam in centrum suum remeant; ita nos, Religiosos præcipue, decere, cùm nostrum erga proximos ministerium expediuerimus, non diutius inter illos morari; sed statim ad nostrum Orationarium, quod cælum nostrum est, nos recipere: ut cum Deo ibi quiescamus. ET ut modo nostro cogitare licet, Angelum, cùm cœli ingressus est, non solum suæ legationis rationem Deo reddidisse; sed promptum etiam ac-

paratum

III.



paratum se ad iterum exeundum, & quicquid iniungeretur, exequendum, obtulisse: ita meritò nos facturos, si iis expletis, ad quæ obligamur, Deo nos promptos exhibeamus, ad exequendum, quod nobis vltierius iniungere, & imponere dignabitur, iuxta illud quod ipse Deus dixit sancto Iob: b *Nunquid mittes fulgura, & ibunt; & reuertentia dicent tibi, Adsumus? O REX æternæ, & omnipotens, fac me ut vnum ex his fulguribus cœlestibus, luce tua splendentem, amoris tui igne incensum, & ad obediendum diuinæ tuæ voluntati expeditum, ut grato animo, post executionem, tibi gratias agam.*

b *Tob. 38.35*

**LICEBIT** demùm, piè meditari, eundem S. Angelum Gabrielem, ex legatione sua reuertentem, sociis suis humilitatem, sapientiā, sanctitatem Virginis sanctissimæ prædicasse, magna omnium congratulatione, quod talis tamque Deo grata virgo esset in terra, atque sunt ipsius cœli incolæ. Proprium est enim Sanctorum, cùm alios vident in amore & ferventi Dei seruitio supplere quod ipsis deest, exultare; quia gloriam & honorem ab omnibus ei tribui exoptant, in secula seculorum,

Amen.

— 5 —

MEDI-

IV.

NTE



## MEDITATIO IX.

*DE IPSA INCARNATIONIS  
Executione, & aliquibus eius, quo-  
ad Christi Domini nostricor-  
pus circumstantiis.*

## PUNCTVM I.

D. Thom. 3.

p. q. 32. c.

33.

Ioan. 1. 14.

I.



ONSIDERANDVM PRIMVM:  
Quo momento sanctissima Virgo  
suum expressit consensum, eccl.  
Spiritum sanctum ex purissimo  
ius sanguine perfectissimum cor-  
pus effinxisse, excellentissimamque animam  
rationalem creasse; eaque inter se & cum ver-  
bo ita coniunxisse, ut Deus maneret homo fa-  
etus, & homo Deus: Deusque cum natura ho-  
mana in virgineo illo thalamo despousatus;  
ipsa deniq; virgo ad matris Dei dignitateme-  
nusta. In opere hoc admirando perpendenda  
est personarum, quæ ei interfuerunt, lætitia,  
sanctissimæ TRINITATIS præcipue, cum an-  
tiquam tuam promissionem vidit impletam,  
ac suam omnipotentiam, bonitatem, & chari-  
tatem evidentius hominibus patescantam. Qua  
fuerit lætus æternus P A T E R, quod Filium  
suum nobis dedisset! quanto infantem huic  
Deum verum & hominem, amore prosecutus!

quam



quām super omnia creata in eo sibi complacu-  
erit! siquidem (teste S. Thoma) multò ampliū  
Deus Christum solum amat; quām Angelos  
homines, & creature omnes simul: cui pro-  
pterea a nomen dedit super omne nomen, quod a Phil. 2. 9.  
est nomen & esse Dei. Ideoq; eius aspectu, p̄ræ  
rebus omnibus, siue creatis, siue creandis, de-  
lectatur.

HAC consideratione congaudebo æterno  
Patri, simul pro collato nobis tanto hoc be-  
neficio gratias agens: & per eundem filiū, quē  
tam sibi charum habet supplicabo, me quoque  
amare dignetur, suumque amorem mihi im-  
pertire. O Pater æterne, a Protector noster rē-  
spice in nouā faciem Christi tui, in quo tibi tan-  
to perē cōplaces: & ei, qui in nostra natura no-  
bis similis factus est, nos fac similes in gratia.

DE INDE VEB I ipsius æterni gaudium, cū  
se vidit hominē factum, perpendam; & simul  
eius intimum aduersus humanitatem sanctis  
simam amorem: quo ita arctè eam complecte-  
batur, ut statueret, nunquam dimittere, quam  
semel assumpit. cuius intuitu omnes homines  
tanquam sibi cognatos complecti, & in inti-  
ma sua viscera immittere optabat. Quare con-  
fidentissimè dicere illi possumus, quod Ruth  
aliquando Boozio dixit: b Extende pallium  
tuum super me, quia propinquus es. O diuinum  
verbum, verus Booz & fortitudo Patris, qui  
cognitionem cum hominibus contraxisti: ex-  
tende super me diuinæ tuæ protectionis pal-  
lium, meq; tibi in fide & charitate coniunge.

## IL

c DA

NTE

110 II. PART. MEDIT. IX.

c Cant. 1.1.  
d 2.6.

Dam hi coris tuo osculo, pacis osculum; & dextera omnipotentiæ tuæ amplectere me: nō res illa creata separare me possit ab amicituā tua.

III.

SPIRITVS etiam SANCTI lētitia, exabsoluto tanto hoc opere, est perpendenda: quod ei propterea tribuitur, quod eius Personæ proprietas sit bonitas & amor; tuncque deliderium suum expleuisse videatur, cū maxi-  
mī amoris opus, quod facere potuit, perfec-

c Isaie 11. 1.

rit. Ob quod dixit Isaías: e Egredietur vnguis radice Iesse & flos de radice eius ascendet: & requiescat super eum spiritus Domini. Quoniam in æterno hoc Verbo incarnato, quod virgo Iesse, eiusque flore significatur, inuenit Spiritus sanctus requiem, gaudiumq; perfectum, tanquam in re p̄ aliis omnibus chara fisi, a-  
que dilecta.

IV.

HINC transitus fiet ad sanctissimæ illum HUMANITATIS exultationem, cū se ad tantam dignitatem vidit euectam, ut ex profunditate Nihili, ad altissimum diuinum esse culmen ascenderit. Dixerit tunc proculdu-  
bio, maximâ exultatione, illud sponsæ inveni quem diligit anima mea: tenet, nec dimittat. O HUMANITAS sanctissima, con-  
gratulor tibi de tam felici forte, & tam insto ex ea orto gaudio: cumque ad eō sis tuo dilecto deuincta, oramus, ut eius nos amoris par-  
ticipes facias, quo illum prosequeris; ut simul tecum, eo frui mereamur.

f Cant. 3.4.

IPSIUS tandem VIRGINIS lētiam per-

V.



pendam, qua ipso Incarnationis momento perfusa est. Communicauit enim tunc illi Deus insolitam copiosamque lucem, qua etiam modum, quo mysterium ipsum in visceribus suis peractum fuit, assequeretur. Videntis itaque Deum ipsum intra se hominem factum, se velò Virginem, simulque tanti filij matrem, ineffabili fuit gaudio repleta. O quas gratiarum actiones, quas laudes, quos iubilos persenserit! O quantum bonorum plenitudinem eo momento acceperit! Ut enim sol hic aspectabilis, statim atque creatus fuit, in hoc mundo, lumine suo illum repleuit, caloremque & alias Influentias ei imperitiuit: ita iustitiae sol Christus noster, eodem, quo fuit conceptus instanti, & in abbreviatio matris suae mundo efformatus, copiosissima eam luce, cœlesti calore, atque æternæ vitæ influxibus repleuit: & quæ antè plena erat gratia, multò tunc plenior, omnibusque gratiis super effluens effecta est; & inenarrabili ex earum possessione gaudio perfusa. O D. Thom. 3.  
Virgo sanctissima, quam felix faustumque est, p. q. 27. a. 5.  
quod incarnati Dei sis mater effecta: ac quo-  
niam etiam hominum incipis esse mater, com-  
munica nobis aliquid istius lucis gaudiique,  
quod accepisti; quod & nosse, & amare eum  
possimus, eiique seruire, quem feliciter conce-  
pisti.

POSTREMO causas expendam, ob quas  
tanta felicitate contenti esse debeamus:  
cùm ad eam dignitatem euctos, ipsiusque  
Dei

NTE

VI.



Dei cōsanguineos effectos nos esse videamus. Quamobrem maximas illi gratias agere, Angelosq; iuitare oportet, qui nos in hac gratia rum actione iuuent; nouumq; par est nos, & generosum cor assumere: statuentes; (vt S. Leo Papa dixit) vitam nostram, vt tanti Regis cognatos decet, instituere; nulla readmissa, quae nos faciat à tanta nobilitate degenerare.

## PUNCTVM. II.

**C**ONSIDERANDAE sunt deinde IN CARNATIONIS circumstantiae, quo ad ipsi⁹ Dei & hominis corpus attendo. q̄ patibile sit ac mortale; & quæ huius sunt causæ. Si n. quod ipsius Christi personæ suautura, debebatur, spectemus; nec mortale illud esse oportuit, nec patibile: idq; ob duras causas. PRIMA, quod Christus ipse Dominus, uniuersim fuerit, ab originis culpa immunisatio ex gratiâ aut priuilegio, sed iure: quia fili⁹ Dei naturalis erat; nec viri operâ, sed Spiritus sancti virtute conceptus: ac propterea nihil ad illū spectabat mortalitatis & patibilitatis pena, originis culpæ tantū inficta. Voluit caram sponte sua hic Dominus, ad suam humilitatem & charitatem ostendendam, non quidem culparam, sed culpæ poenam subire: & cum reuera peccator non esset, voluit (vt Apostolus ait) a in similitudine carnis peccati venire; quod morte propria, aliisque poenis suscepis, nostras lueret culpas. Benedic̄ta sit immensa ha-

a Rom. 8. 3.



charitas, ex qua tamen proutus nuxit humilitas. O quam iuste ob superbiam meam erubescam, qui contra huius Domini exemplum, culpam eligo, cuius poenam refugio: sum peccator, & peccatorum poenis subiacere nolle. Resume spiritum, anima mea, ad tantum humilitatis exemplum imitandum: & quae peccato subjicere te voluisti; ne committeram propterea penam refugio, sed sponte subito.

**S E C U N D A** causa, cur Christi corpus, mortale esse non debuit, ea est: quod eius anima, glorificata esset ac beata; ac propterea corpus quatuor illas dotes habere debuit: Claritatem, impatibilitatem, subtilitatem, agilitatem, quas etiam nunc habet in cœlo. Voluit tamen charitate plenissimus hic Dominus, non sine miraculo, huic iuri suo renunciare; & horum gloriae ornamentorum loco, quae iure sibi debebantur, mortalitatem, ignorantiam, ceteraque miseras nostras susciperet: quod ipsius corpus (ut in Psalmo est, & a b Psal. 39. 7. pud Apostolum) ad hostiam & sacrificium in Hebr. 10. 5. ara crucis, pro nostris peccatis, aptum esse posset. Benedicant te, Domine, Angeli tui, & anima mea laudet semper, pro tanta nobis exhibita charitate, qua inuenisti modum illum prodigiosum, moitem pro nobis subendi, rejectis omnibus, quae te iure poterant a patiendo eximere. Erubesco vehementer, cum video, me adeò sollicitè penas committeras fugere, ut etiam miracula ad eas euadent.

**II. Part. Medit.**

H

das

II.

NTE



das exigere à te audeam. Desidero ex nunc honori omni ac voluptati renunciari, quōte in ferendis ignominij, pœnisque alijs tolerandis, imitari possim: tu qui hoc mihi desiderium suggeris; gratiam, illud etiam exequendi, ne denega.

## P V N C T V M III.

M  
DE P  
RI

a Isaie 9. 6.

b Luc. I. 31.

c Gene. 2. 7.

I.

d Hebr. 2. 17

II.

e 3. Reg. 27.

**E**XPENDENDAE sunt etiam causæ, ob quas Deus a *Parvulus* infans fieri, & in foeminæ *utero* concipi voluerit, qui potuit, perfecti viri corpus assumere, quemadmodum Adami *corpus formauerat*.

Huius causæ (illis prætermisis, quas Meditatione 3. attigimus) haec sunt. Prima, (quod Apostolus dixit) *d per omnia fratibus suis, hominibus assimilaretur*: quod ad tenerorem sui amorem magis eos obstringeret. O dulcissime Deus, qui matris instar in tuis nos gestas visceribus: quis te infantulum fecit, & maternis inclusit visceribus! Charitas proculdubio tua id effecit, ingensque desiderium, quo à nobis amari cupis: ut, si id à nobis non impetraveris ob maiestatem, quam præfers vero Deus; obtineas saltem ob teneritudinem, quam infans nobis ostendis.

**SACUND A** fuit causa, ut humilitatis nobis esset exemplo, ad eamque nos alliceret, oculis fidei videntes Deum maiestatis factum infantulum: & e quem cœli cœlorum capere non posse sunt, utero virginis contineri. Ex quo, magnitudine



itudine Dei cum tanta hac partuitate collata, in admirationis & imitationis affectus prorum-pam dicens: O diuinum verbū quod quā Deus es, in immenso Patris sinu subsistis; quā homo in angustum matris tuæ vterum te constrinxisti: clarifica; quæso, mentis meæ oculos, quæ magnitudine, quā in altero sinu habes; & partuitate quam habes in altero, benè perpensis, utramq; admiratus, illam cum tremore vene-ter; hanc amplectar cum humilitate & amore.

TERTIA fuit causa, ut mundum ingressus, exemplum statim patientiae, & mortificationis perfectissimæ nobis præberet; dum nouem integros menses, durum illum, obscurum & angustum in matris utero carcerem toleravit; in quo infans strictus, itaque compressus tenetur, ut huc illucve sese, aut pedem vel manum mouere non valeat; non videre, audire, olfacere, aut rem aliquam gustare illi liceat. Et quamuis infantes ceteri, ut potè rationis usu carentes, hæc non sentiant incommoda: hic tamen benedictus infans, qui perfectissimum illum usum habebat, sentiebatque, libenter carcerem illum, sensuumq; mortificationem tolerabat, ut nos ab æterno carcere liberaret; Euæq; libertatem, qua huc illucq; in paradiſo discurrens, vetitæ arboris fructum curiosè aspexit, & contra diuinam prohibitionem etiam gustauit, in se ipso hueret: imò ut sensum quoque meorum libertatem ac leuitatem in se castigans, exemplo mihi effet, ad eos in posterum mortificandos,

III.

卷之三

H 2

8 ad

& ad reclusionem aliquam, ac in cubili, strao,  
aliisque rebus ad carnis laxitatem pertinentibus, angustias aliquas sponte amplectenda  
excitaret.

GRATIAS tibi, Verbum æternum incarnatum, ob tuum hunc in mundum ingressum, cum strictæ adeo custodiæ, horrendique carcere tolerantiâ; cum diuturna adeo prolixâ carnis mortificatione, eius intuitu supplico, ut ab æterno inferni carcere me liberare; & importunis vitiis meorum vinculis expedire velis: passiones meas mortificare, sensuumque meorum inordinatum usum strenue refrenare iuues, Amen.

## MEDITATIO X.

DE SANCTISSIMAE CHRL.  
sti Domini nostri Anima prestantia:  
heroicisq; virtutum actibus, quos  
ipso incarnationis momen-  
to exercuit.

## PUNCTVM I.

D. Tho. 3. p.  
q. 34. q. 9.  
7. Q. c.

a Ioan. 3. 34.



ONSIDERANDVM PRIMVM.  
Quoniam Christi Domini nostra  
anima diuinitati coniuncta erat,  
immensas ei fuisse communica-  
tas gratias & excellentias. Nam  
vt eius Præcursor dixit: a Non ad mensuram  
dat Deus spiritum. Pater enim diligit filium, &  
omnia dedit in manu eius. quasi diceret: rel-  
quis

quis iustis datur spiritus in certa mensura: ita  
enim Apostolus ait: b *Divisiones gratiarum b 1. Corint.*  
*sunt: & his hæ illæ illis dantur: at Christo 12. 4.*

Domino dedit Pater spiritum absque limite  
& mensura: imò omnes ei gratias dedit, non  
solum ut ipse eas haberet; sed cum potestate  
etiam aliis eas distribuendi, c *cuiq; iuxta men-* c *Ephe. 4. 7.*

*suram suam: quia inenarrabili ipsum amore,*  
tanquam vnigenam suum, prosequitur. Ideo  
que tantam sapientiæ & gratiæ plenitudinem  
illi contulit, quanta talis filij gloriam dece-  
bat. & propterea S. Ioannes dixit: d *Vidimus d Ioan. 1. 14*

*gloriam eius, gloriam quasi Vnigeniti à Patre.*

Præterea, cùm diuinum verbum animæ huic  
sanctissimæ summum quod habebat, commu-  
nicauerit, diuinum videlicet suum esse perso-  
nale; ad ipsius honorem spectabat, gratiarum  
donorumque immensitatem eidem impertire,  
quam eum habere par erat qui nobili adeo es-  
set naturæ coniunctus. Quas gratias ad se-  
ptem velut capita reducere possumus.

PRIMA gratia fuit immensa PURITAS I.  
ad eo, ut non solum nunquam e peccauerit; sed e 1. Pet. 2.  
nec peccare ullo modo potuerit; nec errare,  
aut decipi; aut imperfectionem vel minimam  
admittere, quæ ab hac puritate & cordis mun-  
ditia degeneraret. Erat enim f Agnus Dei non  
terrenus; sed cœlestis: Agnus innocentissimus  
absque macula: cuius aduentus cùm fuerit ad  
tollenda peccata mundi: iure ipso erat ab o-  
mnibus liber.

SECUNDA fuit gratia SANCTITATIS,

H. 3      qua

f *Ioan. 1. 38*

II.



qua omnium hominum & Angelorum simul sanctitatem incomparabiliter excessit: quo etiam gradu charitatem, humilitatem, obedientiam, ceterasque virtutes habebat ita, ut

*g Daniel. 9. 24.* per excellentiam *g Sanctus Sanctorum* dicitur: in quo Spiritus Sanctus, septem donorum suorum immensa plenitudine eum re-

*h Isaie 11. 2.* plens, h. requieuit.

III. TERTIA fuit GRATIA CONSVMMATA, hoc est, Beatitudo & visio beatifica: quia in primo conceptionis suae instanti, anima eius vidit essentiam diuinam, maiori claritate, quam beati omnes simul: qua etiam perfectione tum Deum dilexit, tum gaudio summo affectus est. De quo propterea dictum est: *i Psal. 44. 8.* pterea vnxixit te Deus, Deus tuum oleo latitia, *pro* confortibus tuis.

IV. EX his quarta profluxit gratia, quae thesauros SAPIENTIAE & SCIENTIAB Dei complectitur: eosque non diuisos, sed (ut Apostolus loquitur) simul omnes, *k Colos. 2. 3.* In quibus sunt, inquit, omnes thesauri sapientia, & scientia Dei absconditi, quod res omnes creatas præteritas, præsentes, & futuras, nulla prorsus excepta, cognoscere: quarum erat iudex fucus, & præmio bonas, pœna malas affectus.

V. QUINTA fuit POTESTAS, ad quemvis miracula sine limite aut termino patranda, sola voluntate suâ, qua mortuis vitam, infirmis omnibus sanitatem conferre; Daemonet e corporibus pellere, ventos, mare, omniaque elemen-



Iementa compescere pro arbitratu suo posset:  
omnibus feso, illius imperio omnino subiici-  
entibus.

**SEXTA** fuit **POTESTAS EXCELLEN-** VI.  
**TIAE**, ad dimittenda peccata, conuertendos Matt. 9. 2.  
peccatores, eorum corda transmutanda; ad Sa- 6 &c. vlt.  
cristicia, & Sacramenta instituenda, gratiasq; &<sup>18</sup>.  
spiritualia dona hominibus impertienda.

**SEPTIMA** est **GRATIA in CAPITIS tam** VII.  
Militantis, quam Triumphantis Ecclesiæ, ho- m Col. 2.10.  
minum & Angelorum: quibus omnibus supe- Ephe. 1.10.7  
rior est, & fons benedictionum omnium coe-  
lestium, & donorum, quæ procedunt à n Patre  
luminum, in corporis mystici, cuius ipse caput  
est, utilitatem. Ex quo intelligemus, hunc Do-  
minum, primum ac præcipuum suis omnia  
prædestinatorem, ut multos socios haberet in  
gloria, ipse vero esset nominatim o Primoge-  
nitus (vt Apostolus ait) in multis fratribus, ipsi  
in donis gratiæ similibus & conformibus; sicut  
erant in natura. Ideoque ante alios omnes in  
hanc gloriam ingressus, diuinam vidi essentiam,  
ccei portas referans, quò reliqui, ad ean-  
dem videndum, sequerentur.

Ex hac septem donorum & gratiarum, quas  
Christi Domini nostri anima accepit, considera-  
tione, varios affectus deducere studebo. Nūc  
Patrem æternum, ob tot filio suo quā homo  
est, collata dona, laudando; nunc de eisdem,  
apud me gaudendo; nunc ut eidem Domino gra-  
tulando; nunc ut eorundem donorum me par-  
ticipem facere velit obsecrando: siquidem

n Iaco. 1. 17.

o Rom. 8.29

p *Ioan. 1.16.* p de eius plenitudine omnes accipiunt. Quare  
 amantissimè illi dicere licebit. O FILI DEI  
 q *Psal. 44.3.* viui, gaudio exulto, quod te quod speciosum forma  
 r *Can. 5.10.* videam præfilis hominum; r candidum & rubi-  
 s *Zach. 3.9.* cundum, electum ex milibus. s O lapis viuus An-  
 gularis, quam septem his immensi splendoris  
 oculis factus es spectabilis, quos paternante  
 manus collocavit! O fili hominis, quam apte  
 t *Apoc. 1.16.* conueniunt tibi t stellæ illæ septem, tibi quidem  
 u *Ioan. 1.14.* ad gloriam, sed ut earum lumen mundo ipsi  
 communicaretur, collatae. u O verbum incar-  
 natum gratia & veritatis plenum! quandoquidem  
 ex tua ista plenitudine omnes homines gra-  
 tiam pro grata accipiunt, quisque suam; eadem  
 gratia mea imple animam, qua tibi placere, &  
 gloriae præmium promereri valeam, Amen.

Quatuor hosce affectus in hac consideratione  
 exercebo, perpendens Fidei lumine, infinitam  
 Dei bonitatem, & beneficiorum multitudinem,  
 quæ is in me contulit immeritum.

### PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDO Secundo loco sunt  
 heroici virtutum actus, quos sanctissima  
 Christi anima, in primo illa instanti,  
 erga Deum exercuit. Cum enim tanta claritate  
 diuinam essentiam vidisset; aliaque innu-  
 mera beneficia gratis & absque præcedenti-  
 bus suis meritis in se collata cerneret, in mo-  
 mento eximios quatuor affectus eructauit.  
 qua-



quare instar fluminum, quæ fluunt ex para-  
diso. *Inflammatis* *mum, inquam, Dei amorem,*  
maximam beneficiorum gratitudinem, profun-  
dissimam humilitatem, cùm oculos in suum  
nihilum coniiceret, & promptissimam *suo ob-*  
*lationem*, ad obediendū in omnibus, quæ Deus  
ab ipsa præstari volu sset: vñ heméter cupiens,  
venire tandem occasionem, in qua reipsa hæc  
omnia præstaret. O quād dulcia habuisse cre-  
denda est, ter benedicta anima, cùm tota Tri-  
nitate colloquia: hunc cum Patre, qui filio eam  
suo coniunxit; nunc cum ipsomet Filio, cui hy-  
postaticè coniuncta erat; nunc cum Spiritu S.  
qui vñitionē illam peregerat: cœlestem quan-  
dam quatuor vocum ex quatuor illis affectibus  
concinnatam musicam concinens; Verbo ipso  
xterno, tanquam chori magistro, eam dirigen-  
te ac gubernante. O diuinum Verbum, partem  
aliquam lucis illius, quam animæ tuæ dedisti,  
meæ quoque impartire; & charitatis vñitione  
eidem coniungere: quò similem huic tuæ, mu-  
sicam etiam decantem: cor meum humili-  
tate ad infimum vsq; locum deprime; sed erige  
gratitudine ad altissimum: amore illud in spi-  
ritu attenua; & in omnibus eius operibus, obe-  
dientia promptitudine dispone: quò te sem-  
per glorificet, & voluntatem tuam exequatur.  
Amen.

## PUNCTVM III.

**C**ONSIDERANDI Tertiò sunt excel-  
lentissimi virtutum actus, quos eodem  
momento idē Christus Dominus erga-

H s pro-

VTE

I.

proximos exhibuit. PRIMVM enim, videns hominum scelera, & grauissimas in Deum iniurias, & propterea dœmonem mundo dominari, infernumque animabus repleri, grau pcena doloreq; afficiebatur: tum quod æternum suum Patrem, quem tam impensè ambat, cuiusque gloriam tam ardenter desiderabat, tot iniurijs affectum cerneret: tum quod tot homines, iam fratres suos, qua homo ipse erat, perire videret. Qui internus eius dolor, maximus fuit omnium, qui in hac vita aut fuerunt, aut vnquam erunt. mirè concurrentibus in eadem anima summā ex Dei aspectu latitudine & summo ex aspectu nostrorum peccatorum dolore. O incarnatum Verbum, quis hic dolor est, qui te premit? Si a musica in luctu est importuna narratio: cur tanto gaudiorum tantam miseres tristiciam? vix materna visceris ingressus es, & iam b. zelus Domus Dei transmedu? fac etiam, quæso, ut mea comedat, torqueatque dolore, quod te offenderim; atque consumat quidquid amplius te offendendi occasio esse potest.

HINC intelligam, quam horrendum sit malum, lethale peccatum; cum etiam non proprium sed alienum tantam in sanctissima illa anima, immenso alias gaudio repleta, tristiciam excitarit: & quam sit æquius, me ob propria mea tristari ac dolere; ob quæ ipse Christus adçò est tristatus. Quod vero eum dolorem Christus non in vita sua finem reiecerit; sed in ipso statim aditu locum ei dede-

a Eccl. 22. 6.

b Psal. 68. 10

rit, me docet, non differre peccatorum meorum pœnitentiam; sed mox, atque lapsum me in ea deprehendero, dolorem, ut par est, de eis concipere.

**CONSIDERA** deinde: Eundem Domini num eodem momento vidisse & cognouisse, eam Patris sui æterni voluntatem esse, ut ipse tot hominum malis allatâ medicinâ, eorum esset Redemptor: nam ea ratione velle sibi tot in ipsum collata beneficia compensari; ita scilicet homines diligendo, ut eorum vulneribus sanandis remedium inueniret; propterea que sibi patibile mortaleque corpus esse tributum, ut mortem pro ijs posset oppetere. Quare statim, ac Patris hanc esse voluntatem cognouit; eadem, qua ipsum amabat, charitate, nos etiam dilexit: atque ad nos etiam propria morte redimendos, se ipsum promptissimum obtulit; exultans animo, quod talis occasio, futura esset, tum amoris sui erga Patrem, Zeliique eiusdem gloria, quo vrbegatur, certissimum signum; tum ad fratribus suis beneficiendum opportuna. Adiecitque illud Psalmi: c *Sacrificium & oblationem antiquorum noluisti*, d *Corpus autem aptasti mihi: Holocauſtomata & prophecato non tibi placuerunt, impossibile enim est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.* & quia corpus inibi aptasti, vt sacrificari possit, libentissime ad id me offero: Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam Deus. In mundum, inquit, veni, vt in omnibus san-

## II.

VTE

c *Psalm. 39. 7.*  
d *Heb. 10. 5.*

ctissi-



e Psal. 39. 9. Etissimam tuam voluntatem amplectar; et legem tuam in medio cordis mei statuam. Quam

f Heb. 10. haec filij obletio Patri aeterno fuerit grata! si in qua (vt Apostolus ait) sanctificati sumus per oblationem corporis Iesu Christi, qua nobis

10. gratiam & sanctificationem promeruit. Ut autem, ob tam generosam hanc Christi oblationem, qua se in nostrum Redemptorem obtulit, gratum animum ostendam, offeram & ego vicissim illi adeo promptam ei seruendi voluntatem, ut ad sanctificationem, quam ipse mihi promeritus est, suscipiendam, me disponam: eiusque exemplo dicam: Ecce venio, ut faciam voluntatem tuam Deus. Optarem hoc ipsum illo momento fecisse, quod rationis usum acceperi, sicut video te fecisse in eo, quo vitam acceptisti: sed quod tunc non feci, ecce nunciatio: quia g. Nunc capi: volo enim, & certitudino, tibi fideliter usq; ad vitæ terminum levire.

g Psal. 76. 11.

#### PUNCTVM IV.

**V**LTIMÒ, ad perfectius cognoscendam charitatis & obedientiae Christi, quam eo instanti exhibuit, magnitudinem, PERPENDENDVM EST; aeternum Patrem omnes, quos ab ipso Incarnationis punto, usque ad expirationem in cruce labores erat perpessurus, eidem reuelasse, ac dixisse: Fili mi, haec mea est voluntas, ut ad homines redimendos, & virtutis omnis exempla eis danda, in paudere porticu & praesepio nascaris; circum-

cida-



cidaris; ab Herode, & Iudeis persecutionem patiaris, capiaris, flagelleris, spinis coroneris, magnisque alijs doloribus, & opprobrijs crucis affixus, vitæ tuæ finem imponas: quare, si me amas, hæc omnia mei amore, & in fratiū tuncrum utilitatem amplectere. Cui Patris voluntati, (quam ipse a mandatum & præceptum mortis suæ appellat) è vestigio respondit, ad omnia illa promptissima voluntate toleranda se offerens. Illud est enim quod Apostolus de eo dixit, b qui, proposito sibi gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. Tunc etiam efficaci voluntate amarissimum Passionis suæ c calicem bibit, & dolorum c baptismo est baptizatus: idque fecit continuè (ut ipsem faretur) omnibus vitæ sive diebus, usque ad ultimum, quò illud exhausit; ut omnia, quæ Pater ordinauerat, exactissimè impleret.

SED ulterius adhuc eius charitas & obedientia progressa est. Nam non contentus ijs, quæ toleranda proponebantur, generosissimo animo sitiique ardentiissima, ad multò plura toleranda, si æterno suo Patri ita placeret, & in commodum nostrum cederet, se obtulit. Si enim Apostolus, dicit Agabo Propheta: Hec dicit Spiritus S. virum, cuius est zona hac, si alligabunt in Ierusalem Iude. respondit: Ego non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen Domini IESV. quād magis existimandum est; dulcissimum Iesum aperienti Patri labores vitæ mortisque suæ, respondisse, se non illa solum, quæ propone-

a Ioan. 10.

18. a. &amp; 14.

31.

b Heb. 12. 2.

c Marc. 10.

36.

d Act. 21. 11.

3.

ban-

## NOTE

## II.

bantur, libenter laturum; sed eius amore etiam multò maiora.

## III.

c Gal. 2. 20.

Quod autem melius adhuc intelligam, quam de me sit Christus optimè meritus, perpèdam, eodem tempore præsentes sibi habuisse in memoria sua omnes homines, & meipsum cum eis: & ad talia pro singulis, & pro me ipso, atque si tali remedio solus ego opus haberem, se se obtulisse. Tunc itaque impluit Christus, quod sibi Apostol. applicauit, cum dixit: *e Qui dilexit me, & tradit semetipsum pro me: hoc est, mei amore se se ad mortem oppetendam obtulit.* O TENERRIME INFANS, sedis mul Gigas fortissime, quid ego pro alacritate isto animo offeram, quo te hodie ad currēdam viam tuam offers, acceptans simul omnia, quæ in toto ejus decursu erunt tibi perferenda! Laudent te Angeli omnes pro insigni hoc, quo homines affecisti, beneficio; & anima mea glorificet te, pro amore, quem ergo me tunc concepisti: cuius causa me quoque ad subeundum offero, quidquid totovitæ meæ decursu, pro gloria tua euenerit; adfistente tamen mihi gratia tua, ne in ea deficiam.

—  
—  
—

MEDI-



## MEDITATIO XI.

**D E V E R B I A E T E R N I,**  
 maternis visceribus inclusi, ad Zacha-  
 riæ domum profectio[n]e, Præcur-  
 sorem suum Ioannem  
 sanctificaret.

## PUNCTVM I.

**P**RIMVM hic considera, æ-  
 ternum VERBVM materuis  
 adhuc visceribus clausum,  
 ex interno illo, quo teneba-  
 tur, Salutis hominum desi-  
 derio, statim benignitatis  
 suæ oculos in Ioannem, in  
 matris etiam utero latenter, & Præcursum  
 suum futurum, conieciisse; dolenterque, quod  
 Originis culpe esset obnoxius, statuisse, ip-  
 sum statim ab ea miseria liberare, ac sanctifica-  
 re: ut hoc facto, officij Redemptoris, quod  
 sibi incumbebat, possessionem acciperet. Qua-  
 re matri suæ efficaciter inspirauit, vt a cum a Luc. 1. 39.  
 festinatione ascenderet in Montana, cognatam  
 suam Elisabetham visitatura: vt eadem ipse o-  
 pera, quod de Ioanne statuerat, perficeret. In  
 quo PRIMVM perpendam, ingens infantis hu-  
 ius de salute nostra desiderium: pro quo tum  
 illi gratias agam: tum de meo tempore, cir-  
 ca eandem, erubescam. DEINDE: quām  
 sit idem de suorum Electorum bono solitus,

&amp; in

I.

II.

VTE



& in Officio Redemptoris vigilans ; quod ne  
vel ad monumentum otiosus esset, ab ipso ven-  
tre auspiciatus est.

## III

b. *Isai. 8. 3.*

TERTIO: quantum malum sit culpa, & quan-  
toperè Deo displiceat , electos suo vel admo-  
mentum sub eo oneare videre : qui hiac potissi-  
mum de causa matris suæ eam profectionem,  
cum tanta festinatione, suggesserit, ut electum  
illum suum ab ea culpa eriperet . O diuinum  
verbum, quod, ut nos à peccato liberares, ho-  
mo factum, tanta festinatione id munera ex-  
qui cupiuiti, ut nomen propterea acceperis;  
*Accelerata folla detrahere: Festina prædati.* &  
quoniam tua nomina inania non sunt, sed plena;  
accelera, quæso, à peccatis me liberare: fe-  
stina, me gratiā tuā sanctificare: prædare & co-  
ge cor meum in obsequium tuum: accipe illud  
in pœnam victoriarum tuarum, quod ex nunc incipim  
feruenter seruire tibi.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVM Secundò: Et si  
Dominus noster ex loco , in quo fuit  
conceptus, S. Ioannem à culpa liberare  
potuisset: eo tamen medio, ut mater ad Elisa-  
bethæ domum proficiseretur, ubi Sanctifica-  
tionem illam admirandam ipse perficeret, v-  
sum fuisse , ob insignes aliquot causas, erudi-  
tioni nostræ perutiles. PRIMA fuit, ut noui  
humilitatis & charitatis suæ signa mundo da-  
ret: Nam quemadmodum hæ potissimum vir-  
tutes eum de cælo in mundum traxerunt, ut  
teor-

## I.



tenebris eum & umbra mortis, in qua iacebat,  
educeret: sic eadem ē Nazareth deduxerunt, *Beda in Luc.*  
vt ipse, qui Ioanne maior erat! ad eum visitan-  
dum veniens, eundem honoraret; & qui medi-  
cus erat, & grotanti adferret sanitatem.

ALTERA fuit causa: vt sanctissima eius  
mater partem quoque suam ad pium hoc opus  
conferret; essetq; prima sanctificationis, quam  
ipse post suam incarnationem, in hoc mundo  
perficeret, veluti instrumentum: cuius operā  
tum Ioannem in peccato iacentem erigeret, ac  
sanctificaret; tum eius matrem, quae iusta iam  
erat, spiritu S. repleret. Ut ex hoc peccatores  
intelligeremus, ipsam Virginem sanctissimā,  
futuram apud ipsum mediatriem ad veniam  
impetrandam; Iusti vero d. ad Spiritus S. plen-  
itudinem, virtutes, ac dona, quae de cælo descē-  
dunt, obtinenda. Namobrem par esse, utrosq;  
eam amare, eidem seruire, eiusque pia devo-  
tioni sedulā operam dare; ac intercessione plur-  
imum fidere, & tribuere. O Virgo suprema,  
quae hodie simul cum filio, commisi ad no-  
strum bonum muneris possessionem accepisti,  
prosequere illud erga me in hoc die, peccato-  
rum meorum veniam m. hi impetrans, & di-  
uinarum gratiarum copiam. Amen.

TERTA causa fuit: quia id in more habet  
Christus, vt animæ, ad quam ingreditur, virtu-  
tum exercitationem inspirat; eamque ad per-  
fectionis celitudinem urget. Nunc enim ad  
orationis & contemplationis reliquarumque  
virtutum vias contemplatricis exercitationē,

II. Part. Medit.

I

nunc,

II.

VTE

III.



nunc, ut, ea quiete intermissa, ad Actiuze erga proximos opera exeat, mouere consuevit. Id quod hic apparet: nam statim atque Virginis matris viscera fuit ingressus, eam permouit ad Iudææ montanae descendenda; quod insignia charitatis, misericordiæ, & obedientiæ opera exerceceret. Dixerit illi fortè, illud Cantico-  
bCant. 2. 10. rum: b Surge propera, amica mea, columba mea formosa mea. & veni. O columba mea fecunda, quæ nidum tuum in foraminibus petra, & in cauerna maceræ collocasti, diuinitatis & humanitatis meæ secreta rimata, sub mea semper degens protectione; surge velociter, locum hunc secretum nunc desere, & Iudeæ montana festinans descendere, ut ibi mechanitatis operibus confessa, in animarum, quæ condidi, bonum glorifices. Ex quo illud quoque ratione deducam: eundem Dominum, cum ad iustos venit in sacra Communione, similia eis virtutum exercitamenta suggesterat: quod ad utriusque vitæ Contemplatiæ & Actiæ perfectionem descendant: qui que, quod ei magis expedit, inspirans: quas inspiratio-nes quod ego, dum communico, non experiar, mea indispositio & tepor facit, quo me tanta gratiæ indignum constituo. quamobrem tum erubescam merito; tum, ut benignè mecum agat, supplicabo; efficaciter mihi, quæ san-ctissimar ipsius voluntati conser-vante sunt, sugge-rendo.

PvN.



## P V N C T V M III.

**C**ONSIDERANDVM etiam est, quām perfectam sanctissima Virgo, huiusmodi in inspirationibus exhibuerit obedientiam; quam Euangelista verbis illis indicauit: *a Exurgens autem Maria abiit in montana cum bus.*

**FESTINATIONE in ciuitatem Iuda.**

*Perfecta &  
bedientia  
diuinis in-  
spirationi-  
bus.  
a Luc.1.39.*

**I**N PRIMIS enim non expectauit præceptum expressum; sed mox atque Deo gratum fore cognouit, ut cognatam suam ipsa inuiseret, id satis ei fuit, ut exequeretur. Perfectus enim obediens, quiduis exequitur, quod magis Deo, & Superiori suo placere intelligit.

**D**EIN DE prompta & ad nutum fuit: nulas moras in executione trahens: quia, quam primū licuit, perfecit: idque cum **FESTI-**  
**NATIONE.** ita enim efficaciter ab spiritu ad expeditam executionem mouebatur: quia

*s. Amb.lib.  
2.in Lue.*

*non scit tarda molimina spiritus sancti gratia.*  
**T**ERTIÒ fuit eadem obedientia in intentione pura, Dei tantum gloriam, & voluntatis eius executionem querens, absque terreni cuiuspiam finis admixtione, quæ in huiusmodi visitationibus esse solet: non enim curiositate mota, (ait Ambrosius) aut explorandi causa, verumne esset, quod Angelus dixerat, profecta est; sed, quum id certum haberet, accessit, ut inspecto opere, quod Deus fecerat, ipsum glorificaret.

**QVARTÒ charitatis, patientiæ, & humili-**

**I.**

**II.**

**III.**

**IV.**



tatis plurimum eadem obedientia habuit. Nihil enim accepta matris Dei dignitas eam remorata est, quod minus se inferiorem insisteret, ei seruiret, de collato ipsi beneficio granularetur: & quamuis iter prolixum esset & alperum, ipsaque tenera, nec tali assueta labori, nihil dubitauit, quiete sua relicta, in publicum prodire, quod ita Christum ipsum velle inteligeret.

## V.

DENIQUE profectionis ipfius modum et pendam. Erat enim rara in ea modestia, nunquam in transeuntes oculos curiosè conijecas potius, qui suos in eam conijcerent, ad sanctitatem & puritatem excitabantur. Cor suum in filium, quem in ventre gerebat, confixus habens, dulcissima cum eo toto itinere colloquia miscebat: adeoque his erat intenta iunctaque, ut nec itineris, nec paupertatis molestiam sentirer. O VIRGO suprema, quam proficisceris plena Deo! quam laxa gaudemque in eius explenda voluntate! Apollinis illud tibi in hac profectione accommodatum,

b Cant. 3 9.

quod b Ferculum sis Salomonis de ligno Libano, columnas habens argenteas, Reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate constratum propter filias Ierusalem. Vere enim tu es ferculum Salomonis, miro fabricatum opere, ad verum Salomonem hinc inde gestandum. Argentae columnae, virtutes sunt tue: Reclinatorium aureum, contemplatio: Ascensus purpureus, humilitas & patientia: Medium autem quod est cor tuum, ornatum est ab



XI.  
abuit. Ni-  
as eam re-  
m inuse-  
cio gratu-  
t & alpe-  
labori,  
publicum  
elleintel-  
odum et  
estia, non  
cōjicias  
ad sandi-  
Cor suum  
confusus  
ere collo-  
ita iucu-  
ritis mole-  
na, quam  
gaudent-  
Apollonius  
modatus;  
in Liban-  
orium ab  
charitate  
Veretem  
abricatum  
de gestan-  
t tux: Ba-  
Ascensio  
Mediun  
n est .ha-  
yallia.  
**DE GESTIS IN VISITAT. B. M.** 13:

ritate, quia intra te est ipse met Deus, qui charitas est. & cum haec omnia propter filias Ierusalem (quae sunt animae debiliores) collata sint tibi, obsecro, MATER PISSIMA, similem mihi ornatum impetra, quod tuas imitans virtutes, possit & anima mea Ferculam esse filij tui, in quo ipse requiescat, totique mundo se praebat cognoscendum. Amen.

---

MEDITATIO XII.

**DE GESTIS IN VISITA-**  
*tione Virginis apud Elisa-  
betham.*

PVNCTVM I.

**P**RIMUM, considerandus hic ipsius Virginis in Elisabethae dominum ingressus; & ingens, quae cum ipsa veniebat felicitas. Virgo enim, ut poterit humilior, prior salutauit; cuius verbis tanquam instrumento vtebatur incarnatum verbum, ad stupenda opera erga infantulum, qui Elisabethae utero tenebatur efficienda. Mandauit enim illum ab Originis culpa, iustificauit gratiam suam, implevit spiritu sancto, accelerauit illi usum

rationis; Prophetam suum fecit; Incarnationis suæ mysterium reuelauit; tantoq; affectit gaudiu, vt in ipso matris vtero exultaret, manifestans, quo licebat modo, ineffabiliter se ex Domini sui aduentu affectum esse. Idque totum momento uno est peractum. In quo facto duo eminent magnæ consolationis, & meritò cpendenda.

## I.

a Prou. 20.  
8.

PRIMVM est, Saluatoris huius omnipotentia & liberalitas; qui ex tempore, merita gratiâ tam grandia effect; nullis eius, in quem illa conferabat, meritis præcedentibus. In quo illud sapientis locum habet. a Rex qui sedet in solio Iudicij, dissipat omne malum in statu suo. Hic enim vere Rex Regnum, in throno Virginalis uteri sedens, misericordia sua oculis suum aspexit Præcursorum: quo solo aspectu, quidquid mali in eo erat culps, dissipauit. Ex quo fiduciam magnam concipim fore ut & mei aliquandò misereatur, cui, v b Eccl. 11.23. Ecclesiasticus ait, b facile est subito honestate pauperem. O Rex omnipotens, ostende tuas in me omnipotentiam, à malis me omnibus eruens; bonis verò tuis replens: vt quo ego tuorum misericordiarum sum indignior, eò ille magis emineant & manifestentur. Da igit mihi, vt Præcursori tuo dediti, peccatorum veniam, Incarnationis tuae cognitionem & spiritualem in tuo obsequio letitiam. Amen.

## II.

EXPENDAM deinde verborum B Virginis, quæ Dei mater est, efficacitatem: per quam



tot simul bona ex tempore sunt collata Bapti-  
ftæ, velut primitijs Christi, & primo Redem-  
ptionis eius fructui; quem, ante eius prefini-  
tum tempus, mediâ matre suâ, voluit ad matu-  
ritatem peruenire: quo fiduciam in nobis ex-  
citaret, futurum, vt, eiudem matris interces-  
sione, à diuina misericordia præueniamur &  
adiuuemur.

QUARE roganda mihi est suprema hec  
Regina, vt potestatem, quam à filio habet, in  
me exercens; aliquid ex multis illis, quæ, ipsa  
mediante, felici illi Præcursori sunt concessa,  
mihi velit impetrare.

PVNCTVM II.

CONSIDERANDVM postea  
est: Sanctam quoque Elisabetham, ea-  
dem Virginis Salutatione, fuisse Spi-  
ritu sancto repletam: à quo huius myste-  
rij cognitionem, & Prophetiæ donum ac-  
cepit, quo mirè patefecit quatuor horum do-  
norum in se effectus, tanquam quatuor visita-  
tionis Christi, & præsentia Spiritus sancti  
in anima cum donis suis illam replet, proprie-  
tates.

PRIMVS EFFECTVS fuit, quod ab Spiritu  
sancto excitata sancta Elisabetha, statim in  
Dei, matrisque eius laudes, elata voce, in-  
gentisque affectu prouperit: dicens: dominus  
domic*ta* tu in mulieribus, & benedictus fructus

*Internæ Dei  
visitationis  
proprietates.*

1.

*dominus Lue 1.42.*

ventrū tui. atque si distinctius dixisset; Verē Angelus benedictam inter mulieres appellavit: cui ego addo; benedictum quoque esse fructum ventris tui , filium , quem vtero gestas imo, quia ille benedictus est, tu etiam es benedicta: ab eo enim tanquam à fonte, cœlestes fluunt benedictiones. Ex quo intelligimus, Spiritus sancti proprium esse, nos ad Christū eiusque matrem , seruore magno glorificandum, excitare, quod is multū his laudibus delectetur.

**II.** **SAC VNDVS EFFECTVS** fuit, insignis humilitatis, dum hinc suā vilitatem respicies, Inde visitantis Virginis excellentiam admirans, illa verba adiecit: e Vnde hec mihi, ut nūniat mater Domini me ad me? Moxq; Dei Magdalena gratitudinis effectu confusa, apud ipsam Beatam Virginem apernit: quam sciebat, statim etiam Deum laudaturam & glorificaturam, quare adiecit: f Ecce enim, vt facta vox salutationis tua in auribus meis, exultant infans in gaudio in vte o meo.

**III.** **VBI** etiam Spiritus sancti proprietatem, **TERTIVM QV#** eius **EFFECTVM** agnoscit, ad humilitatem & gratitudinem in medijs ijs denis, quæ nobis confert, excitantur quò nobis utiliora illa sint; securiusque seruemus: dum nos eorum cum indignos iudicamus; tam in conferentem gratos ostendimus.

**QVARTE** par erit, cū me Deus interius visitare dignabitur; aut cum ad sacrā accedo com munio-

M  
P DE P  
R I<sup>ST</sup>

e LUC. I. 43.

f LUC. I. 44.



munionem, utramque hanc cognitionem, huius Sanctæ exemplo in me excitare, Vilitatis meæ, & ipsius Maiestatis. respiciens vero ipsius Dei bonitatem, ex qua tanta bona mihi proueniunt, stupore plenus dicam: *Vnde hoc mibi, ut veniat Dominus meus ad me?* ad me, inquam, vile mancipium; ad me adeo ingratum, & misericordum peccatorem! ad me venit Dominus meus, Dominus infinitæ Maiestatis! ut me visitet! ut pauperem domum meam ingrediatur! vnde mihi tantus Dei mei fauor? Num ex meritis aut obsequiis meis? ex natura aut industria propria mea? Ob benedicta sit tanta, tamque imensa Dei charitas, quæ vilem adeò abiecit! tamque non dignetur visitare creaturam ex sola sua misericordia infinita!

**Q**UARTO denique, S. Elisabetha B. Virginem in proposito & fide sua confirmavit, dicens: *g. Beata, quia credidisti: quia persipientur in te, quæ d'et a sumi tibi à Domino.* Quibus verbis, insigne Prophetæ donum, quod accepserat, parafecit. Agnouit enim quæcumque B. ipsam Virginem concernebant; tam præterita, quæ Angelus ei fuerat locutus; quam præsentia; quod verè esset iam Dei mater; & futura, quæ implenda erant. Ex quo licet convincere, quam in more habeat Spiritus sanctus, instis, in quibus habitat, inspirare, ut ipsius donis in proximorum utilitatem utantur; eos tum in fide, tum in charitate, quæ Deo debetur, confirmingo. In his omnibus affectibus

I 5      Et ade.

## IV.

*g. Luc. 1. 45.*

UTE



studebo sanctam Elisabetham pro viribus imitari: eandem rogans, ut ab ipso Domino gratiam, ad id praestandum, mihi velit impetrare.

V L T I M O perpendam, hoc die promulgatum fuisse excellentissimum B. Virginis nomen, quod est M A T E R D E I , quod ipsa, magnâ quidem humilitate, sed magno simul gaudio audiuit: & ideo merito eodem nomine eam salutabo, & congratulabor; eum simul laudans, à quo fuit impositum.

## P U N C T U M . III.

*In quo Meditatio instituitur, circa  
B. Virginis Canticum,  
MAGNIFICAT.*

T E R T I O considerandum est B. Virginis ad S. Elisabetham responsio: Nam & ipsa, altissimo prophetiae spiritu repleta, statim atque Elisabetha loquendi finem fecit, in admirandum illud Canticum M A G N I F I C A T , &c. erupit.

I.

C I R C A quod, illud in primis obserua: Eta B. Virgo multa de propriis laudibus a S. Elisabetha audiuerisset, non tamen responsum in laudantem, vulgari hominum more, qui gratitudinis intuitu eos vicissim laudare student, a quibus laudes suas audiuerint; sed omera

(102)



sua verba ad D<sup>E</sup>V<sup>M</sup> Dominum nostrum direxisse: vt nos doceret, qua ratione cum iis nos gerere debeamus, qui nos aut nostra extollunt. Optimum enim nobisque securissimum est, sermonem ad alia conuertere; loquique cum Deo, à quo bona illa, ob quæ laudamur, proueniunt.

DE IN D<sup>E</sup>S perpendendum: eandem Beatam Virginem, quæ, siue cum Angelis, siue cum hominibus loqueretur, parcissima semper ac moderatissima fuit in verbis; liberaliorem se cum Deo & de ipsis Magnalibus loquentem ostendisse: vt enim prius illud à prudentia & circumspectione; ita hoc ab amoris excessu, gratoque animo proficiscitur, iuxta illud Sapientis: a B: *nedicentes Deum, exaltate illum. quantum potestis: maior enim est omni laude.* & sicut <sup>a Eccl. 43.</sup> 33. qui Deo est plenus, eius sermones non solum de eo sunt omnes, sed affectu etiam tali, vt in omnibus, quæ habet, ipsum exaltet atque glorificet: ( b *ex abundantia enim cordis nō loquitur* ) Ita B. Virgo, vtpotè Deo plena, supremum hoc Canticum, Dei affectibus plenissimum, ore suo protulit. In quo decem sunt Versus, tanquam decem chordæ in c *Psalterio* c *Psalm. 42. 5.* aut c *ut hara*, ei simili, in qua David ad D<sup>E</sup>B- 91. 4. 143. 9. V<sup>M</sup> glorificandum cantare nos iubet. Erit que propterea è re nostra, singula eius verba meditari: quò discamus, illud etiam spiritu recitare, ad ipsius Virginis honorem: singulis item verbis, aut versibus sanctum aliquem affectum adiungere, aut

II.

VITE



gaudium de eisdem Virginis virtutibus; petitione aliqua & colloquio circa easdem additis.

## MAGNIFICAT ANIMA MEA

Dominum.

**I**N hoc versu nos docet B. Virgo, quo spiritu sit Deus laudandus; altè videlicet atque magnificè de eo sentiendo; omniaq[ue] eius, quantum possibile est, extollendo, bonitatem, misericordiam, sapientiam, charitatem, atque rationem eius dominandi præstansissimam: nec id tantum ore, sed animo & internis eius facultatibus: omnes illas ad Dei laudes, exemplo d Davidis, inuitando. Ero-servandum: non dixisse B. Virginem: Magnificauit, aut magnificabit anima mea; sed MAGNIFICA I, quo ostenderet principale suum officium & perpetuam occupationem esse, Deum magnificare; faciens, adhuc in terra existens, quod Angeli faciunt in coelo. O si anima mea Dominum Deum suum ita magnificaret. O Deus maiestatis infinitæ parvus ego possum te meis laudibus extollere; sed quo possum tamen modo, laudo & exalto te, humiliter confitens, te et maiorem esse omni laude, supra quam vel dicere vel sentire possim. O VIRGO excelsissima, cuius semper anima Dominum magnificabat, omnesque ad idem præstandum, ut alter David, inuitabat: impetra mihi, quia,

d. Psal. 102.

I. G. 103. 1.

c. Eccl. 43.

33.



vt & mea idem faciens , semper se in eiusdem laudibus decantandis occupet , in secula , Amen.

ET EXULTAVIT SPIRITVS  
mens in Deo salutari  
meo.

HIS verbis aperit nobis B. Virgo, qua ratione Deo congaudere possimus: quinque ad gaudij huius puritatem requisitas conditiones insinuans.

PRIMA est, quod non in corporeis, sed in spiritualibus rebus sit collocandum. DEINDE, non tam in donis, quae nobis confert, quam in ipso largitore. TERTIO, quamuis gaudendum meritò sit in Deo, quia creator noster est; pricipue tamen, gaudere decet in eo, quia Salvator & sanctificator noster est: eo enim nomine, spiritualis nostræ lætitiae, quae in sanctitate & animæ nostræ salute fundatur, fons est & origo. QUARTO, idem gaudium, in spiritu pricipue, siue superiore animæ parte, esse oportet, quod ab omni etiam carnis odore (quæ sensibile corporis gaudium inuoluere solet) sit purior: quamvis etiam spiritus exultatio in carnem interdum redundet, iuxta illud Davidis: *f Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. DE NI QVE* spiritus noster non in se ipso, quasi propriis meritis dona, ob quæ gaudet, accepisset; sed in Deo salutari suo,

Ratio Deo  
congauden-  
di.

- I.  
II.  
III.

IV.

PSAL. 33.3.  
OR. 15.9.  
V.

qui

VITE



qui illa donavit, & cui tota nostra lētitia inniti debet, exultet, cum Dauide dicens. q. *Anima mea exultabit in Domino*; & delectabitur super salutari suo. Alcende igitur anima mea spiritu supra teipsum, sicut virgo hæc sanctissima; & exulta pure in Deo salutari tuo: in solo, inquam, ipso rotum gaudium tuum colloca, si exultare cupis; in Deo exulta: ille enim h. *Psal. 36. 4.* desideria & h. *petitiones cordis* tui implebit; i. *Iosn. 16. 24. 22.* i. vt gaudium tuum sit plenum, & nemo illud tollat à te, donec kintres in æternum gaudium *k. Matt. 25. 21.* *Domini* tui.

A RESPEXIT HVMILITATE  
tem *Ancilla* sua.

**D**ECEM insignia beneficia in hoc & sequentibus versibus commemorat B. Virgo, tria sibi propria, septem aliis etiam communia, tanquam præcipuas causas, propter quas Deum magnificet, in eo exultet, eique segregatam exhibeat.

**I.** **P**RIMVM BENEFICIVM ipsi proprio est, quod ancilla sua humilitatem respexerit. Quibus verbis duplicem insinuat causam & originem diuinorum beneficiorum; alteram præcipuam ex parte Dei; ex nostra alteram. Ex parte Dei illa est, quod nos benignis oculis dignetur respicere, nostriq; meminisse, ut beneficiat. Et si enim verissimè omnia videat; non tamen illa dicitur respicere aut curare, quæ in eorum nihili abysso, aut in miserice profundo relin-



relinquit; sed ea tantum, quæ idè respicit, vt  
benè illis faciat. Ex parte nostra ea est, quod,  
paruitatem nostram agnoscentes, ad largitatis  
diuinæ dona percipienda, disponamur. Quare  
optimè à Deo illustrata B. Virgo vtranq; hanc  
causam coniungens, Deum magnificat, quod  
*ancilla sua humilitatem respexit.* quatamen  
sententia, non tam se humilitatis virtutem ha-  
bere agnoscit; quām eius reipsa specimen p̄-  
abet. Nam, quæ verè humilis erat, non se talem  
existimabat; aut certè silentio id inuoluisset:  
sed ipsam humilitatem exercens, paruam, vi-  
lem, & vt ancillam abiectam se esse fatetur;  
& quoniam talem Deus respicere non est de-  
dignatus, illum magnificat; docens, verum ac  
solidum diuinarum laudum, & grati animi  
fundamentum pro acceptis beneficiis, nostræ  
paruitatis & indignitatis cognitionem esse:  
qua non solum omnis vanæ complacentia pe-  
riculum euadimus; (lin quod superbus ille  
Phariseus incidit) sed tanquam incitamento  
vtimur, ad imperandum à Deo, vt beni-  
gnis oculis nos respiciens, maiora con-  
ferat beneficia: qu (vt afferit David) in  
humilia respicit in cælo & in terra. Susci-  
tans à terra inopem; & de stercore erigens  
pauperem. Quod ipse David expertus dice-  
bat: n Quoniam respixisti humilitatem me-  
am: sauiasti de necessitatibus animam me-  
am. O D̄vs altissime, cœlorum habitans  
altitudinem, respice vilis huius serui patui-  
tatem, & consuetam exhibe misericordiam:

Lue. 18. II.

Psa. 112. 6

Psal 30. 8.

O eau-



OpSal. 112. 6.

*o educens eum de lacumiseria, & de lutoſciis: ſuscitans à terra inopem, & de fierore en-  
gredi pauperem: ut colloces eum cum principi-  
bus, & ſanctis tuis, ſanctum eum, ſicut illos, la-  
cieris, Amen.*

ECCE ENIM EX HOC BEATAM  
me dicent omnes generatio-  
nes.

SECUNDVM B. Virginis proprium BENE-  
FICIVM, cuius intuitu Deum magnificat illud  
est, quod ab eo tempore, quo Deus, ipius humi-  
litatem respicere dignatus est, *omnes homini*  
*generations* ſive praefentes ſive futuræ, que  
ad Christum crederent, *beatam* ipsam felicem  
que diuerent. Quâ ſententiâ non accepit ha-  
uiusmodi proprias laudes, tanquam gaudiſſu-  
materiam; ſed tum magnalia illa, que à Deo  
acceperat, quibus laudes illæ innituntur; tum  
bona illa & spiritualia lucra, que illi confe-  
quentur, qui ipſi ſeruent, *beatamq; pronun-*  
*ciantur. O excelfissima virgo: ego partes mea-*  
*p Lue. 1. 45. iuxta hanc tuam prophetiam, explere auco-.*  
*inter eos numerari, qui p beatam te diu-*  
*Beata es, que, ut cognata tua dixit, credidisti:*  
*Beata, cuius venter Saluatorem mundi port-.*  
*uit: multoque beator, quod q Dei verum au-*  
*dieris, & custodieris. Beata es propter octo il-*  
*la, que filius tuus Beatitudinis encomio, in-*  
*mōre apud discipulos suos, exornauit. Eveniu-*  
*r PAUPER SPIRITV: ideoq; tuum est, Regnū*

q Lue. 11. 28.

r Matt. 5. 3.

O. C.



caelorum: Es MITIS, quæ viuentium possides terram; Huius mundi mala LUXISTI: & ideo merito consolaris; Es VRIISTI, & SIT IVISTI IUSTITIAM: nunc ergo saturari; fuisti MISERICORS: es itaque misericordiam consecuta; fuisti PACIFICA: ideo eminenter Deifilia vocaris; fuisti MUNDO CORDE: vides ergo nunc clarè Deum; PROSECUTIONES perpecca es propter iustitiam: quapropter tuum nunc est Regnum caelorum, in quo tanquam suprema omnium, qui in eo sunt, Regina manes. Oigitur suprema cœli Regina, gaudio magno exulto, quod tot nominibus sis beata! Utinam omnes nunc gentes & nationes ad filij tui fidem connuantur, magnaque fide te beatam compellent: quod per te omnes euadant beati, imitantes hic tuam vitam, & postea ad tuam peruenientes gloriam. Disce hinc, quantam lætitiam in Deo adferat occasionem, spes certa beatitatis consequendæ! propter quam C H R I S T U S ipse discipulis dicebat: *In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis.* & Apostolus hortatur, ut simus gaudentes *Rom. 12.12.*

*Spe, obtinendæ scilicet beatitudinis,  
quæ nobis promissa  
est.*

*ag 50*

*II. Part. Medis.*

*K QVIA*



QVIA FECIT MIHI MAGNA  
qui potens est, & sanctum no-  
men eius.

TERTIVM hoc est beneficium B. Virgi-  
ni proprium, tertiaque causa Deum magni-  
ficandi. Hoc enim momento in memoriam  
reuocasse credibile est, omnia mirabilia, que  
DEVS in ipsa operatus erat; & ingentia be-  
neficia à puncto suæ conceptionis ad eam ho-  
ram in se collata; nominatum illud, quod ma-  
ter simul esset ac virgo: nec qualiscunque ma-  
ter, sed Dei, ob quæ omnia Deum magnificat,  
illius omnipotentiæ & nominis sanctitati o-  
mnia tribuens. Omnipotentiæ enim fecit, qui  
voluit sanctitate; ut eius nomen sanctificaretur  
in sœcula. Cùm dixit: *Quia fecit in me magna*, etiam ostendit, se in iis magnam esse.  
Etiam, quæ homines efficiunt magnos coram  
Deo, sanctitate, scilicet aliisque cœlestibus  
don's. Cùm enim filius magnus esset; opor-  
tebat & matrem esse magnam. Ex quo appa-  
ret, nihil repugnare humilitati, quod quis  
Dei dona in se agnoscat: potius, Apostolo  
t. 1. Cor. 2. 10 teste, id t nobis reuelat DEVS per spiritum  
suum, vt gratos nos illi exhibeamus; nec no-  
bis ea, sed eius potentiarum sanctitatique tribu-  
amus. Vtrunque hoc attributum, instar san-  
ctorum quatuor animalium coniungentes, que  
u. Apoc. 4. 8. g'oram Deo dantes dicebant: u. Sanctus, San-

Am,



ctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est.

ET MISERICORDIA EIVS  
à progenie in pno gen: es timen-  
bus eum.

Ho C quartum est beneficium & causa, ob quam Beata Virgo Deum magnificat, non solum ob ea quæ iam accepit: sed ob plurima etiam alia quæ sperat, accipienda; nec sibi soli, sed omnibus mundi nationibus communicanda: animo exultans, quod Dei misericordia continuata sit, infinita, sempiterna, & quæ ad omnes ipsi obsequentes, timentesque se extendat, cuiuscunq; tandem illi sint nationis. Est enim sanctorum id proprium, ut cum accepta à Deo recognoscunt dona, maiora alia de ipsius misericordia expectent, iuxta illud Apostoli: *Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit; in quem speramus, quoniam & adhuc eripiet.* Est etiam eorumdem Sanctorum, non existimare, solem iustitiae sibi tantum, non etiam aliis illucescere; sed altissime de eius misericordia sentire: quod se ad multos alios & per secula extendit, & reuelet: quo etiam nomine & ipsi gratias agunt, omnium hominum beneficia, ut propria reputantes: totoque corde exultantes quod tam benignum Deum habeant, qui nemini ipsum timimenti deneget misericordiam. Id quod David toto Psalmo centesimo secundo fecit \*

x 2. Cor. I.  
10.

K 2

Nihil

Nihil enim in eo aliud agit, quam ut utroque  
hoc nomine, misericordia sci. in se, & alios iu-  
stos effusæ, Deum glorificet.

FECIT POTENTIAM IN BRA-  
chio suo.

QVINTVS titulus ratioque Deum magni-  
ficandi, fuerunt omnipotentiae eius opera;  
quæ virtute ac fortitudine sua abique ullius  
auxilio perfecit, quæ memoriam suam Virgo Br.  
uoluit, recordata creationis huius vniuersita-  
tis, conseruationis, ac tam prouidæ gubernati-  
onis; Prodigiorum item in eductione popu-  
li Israel ex AEgypto, & ad promissionis ter-  
ram per desertum deductionis; ac reliquo-  
rum, quæ Sacra scriptura refert. Nominatio  
verò Incarnationis verbi diuini stupendum &  
recentissimum opus præsenti memoria com-  
memorans, in quo verè potentiam & bra-  
chij sui virtutem maximè ostendit. Propter  
quæ omnia Deum magnificauit, uno hoc ver-  
bo complexa, quicquid David prolixè & mi-  
nutim de omnibus his magnilibus recen-  
sunt,

PRAETEREA in hoc & sequentibus ver-  
sibus, non solum B. Virgo refert, quæ fecit  
Deus, sed etiam quæ facere consuevit, vel in  
more habet facere consonum bonitati sua;  
laudat itaque illum quod potenter, & maxi-  
ma quæque brachio suo operari consueverit,  
quando, quomodo, & erga quem magis illi  
places

*Psalm. 135.  
vers.*

M  
P DE P  
R I g



placet. qui ut talia olim; etiam nunc facit, ac facturus est in posterum. Ex quibus magna mihi in Deo gaudendi orientur occasio; sperrandique futurum, ut magna etiam, brachij sui virtute, in me aliquando operetur.

DISPERSIT SUPERBOS  
*memorie cordis sui.*

S E X T A causa Deum magnificandi fuit, non solum omnipotentia, quam in beneficiis & misericordiae operibus ostendit; sed quam etiam in iustitia seueritate, manifestauit; superbos seuerissime castigans, illorum machinas, & cordium dissipans cogitationes. Recolebat itaque Beata Virgo, quo pacto Deus, superbissimi Luciferi machinamenta illa dissoluit, quae sine fundamento in mente sua fabricare ceperat, cum diceret: *y In cælum* y Isaie 14.13  
*conserendum, super astra Dei exaltabo scelum*  
*meum: ascendam super altitudinem nubium:*  
*similis ero altissimo, & superborum illorum*  
*conatus repressit, qui B. bylonicam turrim æ-*  
*dificare stultè cogitantes, dicebant: z venite* z Gen. 11.4.  
*faciamus nobis ciuitatem & turrim cuius cul-*  
*men pertingat ad cælum: & celebremus nomen*  
*nostrum, ante quam dividamur in yniuersis ter-*  
*ras; supplicia etiam cogitabat, aa Pharaoni, bb* aa Exod 10.  
*Nabuchodonosori, aliisque superbis illata.* Cf. alius.  
*Propter quæ omnia Deum ipsa magnificabat;* bb Daniel.  
*quia propter eadem dignus est, qui laudetur:* 4.30.  
*sicut Christus Dominus Patrem suum laudans*

K 3

dicebat,



cc Matt. 11.

25.

dicebat; cc Confiteor tibi, Pater Domine cœli &  
terre; quia abscondisti hæc à sapientibus & pru-  
dentibus; & reuelaste ea parvulis.

**DEPOSUIT POTENTES DE SEDE,**  
& exaltavit humiles: Esurientes imple-  
uit bonis, & dixitites dimisit inanes.

**VIRROQV** hoc versu duplex laudum Dei  
causa ponitur, ex misericordia & iustitia eius  
coniunctione. Ostendit enim Deus potentiam  
suam, dum huius mundi potentes è thronis &  
sedibus suis elicunt; Regna, dignitates, & gran-  
ditates, quibus triumphant, aufert; in quorum  
locum parvulos abieciuntque exaltat: sicut è  
cælestibus sedibus superbos Angelos repulit,  
in quo um locū humiles homines euerunt; &  
ex huius mundi throno superbum eius Prin-  
cipem sachanam deiecit, quem tyrannide oc-  
cupabat: in cuius locum Christum, humilitatis  
Magistrum; induxit, qui pusillus, lapilli par-  
vuli instar, de coelesti dd monte sine manib⁹ &  
viri operā, abscessus, statuam illam, quæ qua-  
tuor Monarchias referebat, comminuit; suaque  
humilitate in monte magnitudinem exercuit.  
Quem morem & agendi rationem familiarem  
Deo esse, testatur Iob illis verbis. ee Qui ponit  
humiles in sublime, & mœrentes erigit hospitium;  
qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint  
implere manus eorum, quod cœperant: qui appre-  
hendit sapientes in astutia eorum; & confitum  
prauorum dissipat. Et ipsemet Deus ad eundem  
ff c. 40. 6. 7. Iob ait: ff Disperge superbos in furore tuo, & re-  
spiciens

dd Daniel.

234.

ee Iob. 5. 11.

ff c. 40. 6. 7.

28.

spiciens omnem arrogantem humilia. Respicere  
cunctos superbos, & confunde eos, & contemne  
impios in loco eius. Absconde eos in puluere si-  
mul, & facies eorum demerge in foueam. Et ego  
confitebor, quod saluare te posse dextera tua.

Cui simile CHRISTVS dixit apud Lucam. gg gg *Luc. 14.*

Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat,  
<sup>ii c. 18. 14.</sup>  
exaltabitur. Et eodem modo B. Virgo hic ait:

Esurientes & pauperes, qui tales se esse faten-  
tes, esuriunt ac sitiunt iustitiam, *bonis implet*  
spiritualibus, eorum explens desideria: contrà  
verò diuites, qui abundare se existimant & nul-  
lius indigere, *dimitit inanes*, iuxta illud Daui-  
dis: *h Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes hh Psal. 33.*

autem Dominum non deficient omni bono. O A-

<sup>ii</sup>.

N I M A mea, magnifica Dominum tuum ob-  
nobilitissimam hanc conditionem, qua humili-  
bus & iis, qui in terra esuriunt, tantopere fa-  
uet. O mi spiritus: exulta in Deo salutari tuo,  
*ii qui coronat te in misericordia, & miserationib*

*nibus: qui replet in bonis desiderium tuum. glo-*

*ii Psal. 102.*

*riare, quod parvus sis, esuriens & egens; quod à*  
Deo exaltaris, satieris, & tua desideria imple-  
antur: caue verò, superbis diues, ac fastidio-

sus sis, ne ex tua sede deiiciaris, eiusq;  
spolieris gratia.

— 5 —

K 4

S V S C E



SUSCEPIT ISRAEL PVERVM  
suum, recordatus misericordiae suæ: Sicut locu-  
tus est ad Parres nostros, Abraham &  
semini eius in secula.

Duos alios titulos causasve duo hi vltimi  
versus complectuntur, ad nos exhilarandos,  
Deumque laudandum efficacissimas. Altera  
est, ipsius cura & prouidentia, quam de iis  
gerit, quos semel in domesticos & filios su-  
cepit, accurrens ipsem ad eos iuuandos.  
Et si enim interdum eorum videatur obliuisci  
mature tamen, misericordiae suæ recordatus,  
adest; sicut B. Virgo hic prædicat, quod Israe-  
lis, & in eo mundi totius memor, factus sit ho-  
mo, ut ei remedium adferet. Altera causa est,  
in signis eiusdem Dei fidelitas in promissis,  
Parentibus nostris factis, adimplens ea filiis  
eorum usque ad mundi finem. Quemadmodū  
id quod Abrahamo Dauidiq; promiserat, hoc  
in signi incarnationis suæ opere adimplevit.  
Vtriusque huius causæ consideratione accen-  
sa B. Virginis anima, Dominum magnificavit,  
*exultante eius spiritu in Deo salutari suo.* Bi-  
dem causis par est, & meum spiritum ad simi-  
les aff. Etus accendi: cùm huiusmodi prouiden-  
tiam Dei erga eius filios; & fidelitatem in  
iis, quæ Apostolis Parentibus nostris promisit,  
experiamur quotidie; meritoque speremus,  
eum, usque ad mundi finem, non defuturum  
fi telibus, Apostolorum filiis & posteris.

HAB



HAB decem sunt eausè siue tituli, quos in hoc suo Cantico B. Virgo allegauit, ad magnificandum Deum, ipsius Incarnati Verbi inspiratione, quod visceribus suis inclusum gererat, excitata. Ex quibus & mihi licet Psalterium aliud decem chordarum, ad Deum, nunc hoc nunc illo modo, laudandum, construere. Sed quoniam ego id, ut oportet, præstare nescio; Verbum ipsum incarnatum orabo, velit me, ut matrem suam docuit, instruere; ipsam verò, ut intercessione sua, ad impetrandum iuare diguetur, ad maiorem filij sui gloriam.

## PUNCTVM IV.

**V**LTI MÒ considerandum, quanta bona B. Virgo, dum tribus quasi mensibus apud cognatam suam commorata est, omnibus in eadem domo manentibus attulerit, sanctissimā suā conuersatione; rārāque modestiæ humilitatis & charitatis exemplo. Quæ enim in ipso aditu tanta fecit, fas est credere, trium mensum spatio, eadem auxisse; præcipue in S. Elisabetha, səpiùs cum ea de his mysterijs conferendo; & porrò ambas ad Orationem, familiaritatēm quæ cum Deo, & varia virtutum exercitia sese mutād exhortatas esse. Quod si verum est, Deum ob commorantem in domo Obededom Arcam Testamenti, ipsi totique eius domui benedixisse, ac bonis multis ita repleuisse, ut Rex Daud, æmulatione quadam sancti, quò benedictionem à Deo acciperet: b Ibo, dixerit, & reducam arcā cum be-

*nedictione in domum meam:* quantò magis credendum est, tam diuturnam diuinæ huius novi Testamenti Arcę (qua ipse met Christus continebatur) in ea domo mansionem, mille eam benedictionibus repleuisse; quas, si viua ego fide intelligerem, mox eam in meam domum transferri; excelsæq; huius Virginis deuotionem in anima mea, non mensibus tribus tantum, sed vita morari exoptarem, quo cœlestibus me benedictionibus repleret.

NON est prætereundum tamen, quod, cum media B. Virginе Deus tantis misericordijs Ioannem Baptistam & Elisabethā repleuisse, Zachariæ tamen, Ioannis parenti, non reddiderit sanitatem; nec in sententia Angelī dispensare voluerit, qua prædixerat illum, donec filius nasceretur, mutum futurum. cum enim Deus sit iustus: expediebat ad iustitiæ ordinem, ita fieri, ut Angelus prædixerat; misericordiam vero in commodius tempus diffiri. Ex quo discam, secreta Dei iudicia venerari; me psalmum diuinæ dispositioni subiucere; & conueniens visitationis eius tempus expectare: quia nullus est rei præfixus terminus, qui non aliquando tandem perueniat: Nam, quod hoc die S. Elisabethæ; alio tribuit Zachariæ, & quidem cumulatiū.

MEDI-



## MEDITATIO XIII.

DE S. IOANNIS CHRISTI  
Domini Praecursoris Na-  
tali.

## PUNCTVM I.

**P**RÆMITTENDA est eorum *Pro festo* consideratio, quæ S. Ioannis conceptionem præcesserunt. Quem *S. Ioannis* *Baptist.* enim Deus in suū Præcursem elegerat, voluit honorare; quòd tum misericordiæ tuę magnitudinem, tum officijs, quod illi committebat, excellentiam, ad ipsius Christi gloriam, cuius ille præcursor erat, manifestaret.

PRIMVM itaque voluit, eum miraculo concipi, à parentibus sterilibus, sed sanctis, qui orationibus & pijs desiderijs eum impetrarent. Oratio enim (teste S. Gregorio, dum de Isaac *Lib. I. Dial.* nativitate differit) est aptissimum, quo Deus *cap. 8.* nos vult ut, vt, quæ in æterna sua prædestinazione dare decreuit impetrēmus. Ex quo ad Orationis maiorem affectum meritò excitabimur; & ad magnam in ea spem, etiam in rebus quæ difficiliores videntur, collocandam: quia ad omnia reuera valet.

VOLVIT etiam Deus, huius sancti conceptionem per eundē Gabrielem Archangelum nunciari, per quem filij etiam sui erat Incarnationis



natio annuncianda; qui eodem obedientiæ spiritu ad utramque descendit; qui idem Dominus mittebat ad utramque: quemadmodum Raphael ad Thobiam descendit, ut etiam in vilioribus inseruiret eadem animi promptitudine, qua ad altissima ministeria missus fuisset. Omnes enim Angeli id maxime sibi gloriæ ducunt, quod Dei in omnibus exequantur voluntatem.

Mo<sup>x</sup> grandia illa perpendam, quæ S. Gabriel de nascituro Infante prædictis, quod ab omnibus magni estimaretur; parentemque doceret rationem eum educandi dignæ, munus quod erat obiturus.

I. Quare PRIMVM, nomen, quod, iubente Deo, erat habiturus, aperuit. a Et vocabili, inquit, nomen eius IOANNES, quod interpretatur GRATIA: ad significandum, ipsum quantum quantum, veluti exemplar quoddam futurum, in quo diuinæ gratiæ diuitia elucereat, quam in Dei conspectu verè inuenisset; à quo, nullis suis meritis exigentibus, electus vocatusque esset: b cuius etiam nominis de ventre matris eius est recordatus.

II. SECUNDÒ prædictis Angelus: Erit MAGNUS coram Domino, in ijs videlicet rebus, quas ille magnas iudicat, quales sunt virtutes & sanctitatis dona. Magnus itaque futurus erat in humilitate, magnus in obediētia, patientia, Oratione, contemplatione, & in officio, quod magni præstant in domo Domini.

TERTIÒ, quod futurus esset temperantissimus: Vinum & ficeram non bibet, sicut legimus



mus Nazareus, diuino seruitio penitus dedicatus. & quoniam Dei promissa, inania non sunt, sed plena, quia simul largitur necessaria ad executionē, adiecit Angelus QVARTAM illam excellentiam: *Et spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sua.* idque ea plenitudine, quam dignitas officij, ad quod eligebatur, exigebat: ut ab ipso ventre incipiens, ad finem usq; vita proficiendo pergeret. QVIN TÒ prædixit: *Et ipse præcedet ante illum, scil. Dominū, in spiritu & virtute Eliae:* huius enim zelo multos filiorum Israël conuerteret ad Dominum Deum ipsorum, parabit q; eidem plebem perfectam, & ad legem nouam, quam Dominus ipse veniens traditurus est, amplectendam disponet. Ex qua tota Angeli prædictione apparet, Infantem hunc, omnibus modis perfectionis, perfectum futurum; erga Deum, seipsum & proximos. Erga Deum, propter dona gratiæ ei conferenda; erga seipsum, ob feueram mortificationem, & poenitentiam; erga proximos, ob zelum salutis eorum: non enim propria contentus, aliorum eriam procuraturus erat perfectionem. Omnia ad illius gloriam dirigens, quā, vt Præcursor, præcederet. Quod pefectionis exemplar meritò mihi ob oculos ad imitandum constituam, iuxta illud Michæ: c *Indicabo tibi & homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te: utique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo.* Quod cùm omnibus sit à Propheta dictum, ex his tamen huius sancti

IV.

V.

c Mich. 6.3.

excel-

excellentij, quas Deus tanti facit, eas etiam habere contendam, quæ statui & conditionem meæ cōueniunt, orans diuinam bonitatem, eas ut mihi largiri dignetur illius amoris intuitu, quo suum hunc Præcursorum est prosecutus, cui tam liberaliter eas est elargitus.

## P V N C T V M II.

**C**ONSIDERANDAE deinde sunt singulares gratiæ infanti huic, adhuc in matris vtero latenti, sexto post conceptionem mense, à Christo impertitæ, dum & ipse in Virginis matris suæ vtero ad eum visitandum & sanctificandum venit, ut meditacione proxima retulimus: ex qua tres huius sancti prærogatiuas colligimus.

I. **P R I M A**, quod ipse S. Ioannes fuerit Sanctorum *Primitia*, quos post incarnationem suam Christus sanctificauit: ut par sit credere, eminenter eum sanctificasse, insigni sanctitate, gratijs gratis datis, perfectissimo excellentijs modo impertitis; rationis & liberi arbitrij vñsu, tantillo infantulo concessò; menteque ita illustrata, ut Incarnationis mysterium caperet; voluntate deniq; feruentissimis amoris admirationisque affectibus inflammata, ac iubilis & gaudijs in Spiritu sancto repleta.

II. **S E C U N D A** prærogatiua fuit, quod quoniā (Apost. teste) a Dei dona sunt sine paupertate, par sit credere, (vt S. Ambr. ait) rationis vñsu semel concessum, amplius illi ablatum non fuisse; ac porro, vt B. Virgo tribus illis mensibus, quibus apud S. Elisabetham cōmorabatur,

eam,

a Rom. ii.  
29 in Luc. 1.



eam, ut in virtute cresceret, iuuabat; ita infan-  
tem IESVM, ex materno vtero, Ioānem iuuis-  
se, ut in accepta sanctitate proficeret, nouis li-  
beri arbitrij actibus, charitatis Spiritus sancti,  
quo plenus erat, inflammatis.

**TERTIA** fuit, quod (ut sancti sentiunt) ip-  
sius infantis intuitu, Deus eius misericordia multis  
etiam gratijs, donisq; nominatim Prophetiae,  
& Spiritu S. repleuerit: quo nobis, quanti eum  
faceret, ostēderet; ac spem faceret, magna, eo-  
dem intercedente, nos impetrare posse. Quare  
magnū erga eum meritō amorem concipiam,  
ei congaudens, ob tot fauores, quibus Deus est  
eum prosecutus: & eodem nomine gratias ipsi  
Deo agam: Sanctum verò ipsum, ut pro me in-  
tercedere, aliquamq; eorum partem impetrare  
velit, instantiūs rogabo.

**P V N C T V M III.**

**T**ERTIÒ, insigniora quædam sunt consi-  
deranda, quæ in ipsa S. Ioannis nativita-  
te cōtigerūt. **PRIMVM:** Quod cū ad eū  
circumcidendum ventum esset, eius parentes  
à Deo inspirati, contra omnium cognatorum  
sententiam, dixerint, eius nomen esse I O -  
**A N N E M :** quod gratia, interpretatur, quò  
significaretur, licet ob Circumcisionem gra-  
uissimo legis veteris onere grauaretur, col-  
latam ei à Deo fuisse copiosam ad illud fe-  
rendum gratiam; & simul, ad nouę legi, quæ  
gratiæ erat, initium quodammodo dandum;  
dicente Euangelista: a *Lex & Propheta, usque ad Ioannem: ex eo Regnum Dei euangelizatur;*  
a *Luc. 16.16.*

Quare

**III.**  
S. Amb.  
Beda in  
Luc.

**I.**

Quare aliqua eius legis pars illi contigit, ut  
qua gratia hæc omnibus datur. Quamobrem  
Deum orabo, ut, qui legis suæ me iugo subie-  
cit, det etiam gratiam ad ferendum.

## II.

**S E C V N D V M** fuit, quod parens eius Ze-  
charias, loquendi facultate recepta, mox Spi-  
ritu S. repletus, & Prophetæ dono accepto,  
in Canticum illud eruperit: *Benedictus Domi-  
nus Deus Isræl*, in quo à Dei laudibus incho-  
ans, qui tam liberalem se, nos visitando, osten-  
dit, ad ipsius Præcūrī foris encomia dehabuit.  
Est enim diuini spiritus proprium, Dei laudes,  
ob eius beneficia; sanctorum ve. ò, ob eis com-  
municata dona, spirare. Sed eminet illa emi-  
dem Infantis excellentia, singularisque Dei in  
ipsum amor; quod eam parenti eius gratiam  
concesserit, statim ac ille IOANNIS nomen  
in pugilaribus scripsit. ut appareat, qua gra-  
tia studioque eos Deus prosequatur, qui pie  
Sancti huius nomen venerabuntur. O infans  
sanctissime, gaudeo, te à Deo tantoperè dilig-  
& quoniam, iuxta nominis tui etymologiam,  
gratia plenus es: obtineas mihi, obsecro, ab  
eodem Domino, me ut illa etiam repleat: quo  
æternum ei seruiens, eodem tecum fruar per  
secula. Amen.

## III.

**T R E T I V M**, contigit insignis omnium, ad  
quorum notitiâ hæc gesta perueniebant, leti-  
tiâ reverentiaq; plena admiratio, iuxta verbu-  
m Luc. I. 14. Angeli: b. *Et in nativitate eius multi gaude-  
bunt*; Et Euangelistæ dicentes: *mira sunt vni-  
uersi; & factus est timor super omnes vicinos*

b. *Luc. I. 14.  
63. 65.*

YHM.



rum. Quod significaretur, datum eum esse à Deo Ecclesię, tanquam spiritualis eius lætitiae ad- vocatum, quæ est deuotionis effectus, & pig- nus æternæ vitæ.

V L T I M V M idque excellentissimum fuit, quod de eius vita exordio ait Euangelista: *Et- enim manus Domini erat cum illo.* Nam eius potentia illi fauebat, admiranda per eū opera- batur, mouebat, dirigebat in omnibus, in ne- cessitatibus protegebat. Quapropter Ecclesia illud de Isara dictum, sancto huic accommo dat: *c Dominus ab utero vocavit me, de venire c Isai. 49.1.*  
*matri mea recordatus est nominis mei. In um- bra manus sua protexit me: Et posuit me sicut sagittam electam: In pharetra abscondit me.*  
*O FELICEM SACITTAM, que non pro- prio, sed omnipotentis agebaris impulsu! O electa ab Spiritu sancto sagitta, ad res magnas destinata, nunquam à potenti eius manu reli- cta! O manus omnipotentis, sicut præcurso- rem tuum dirigebas; me quoque impulsu tuo dirige ad tuam semper sequendam voluntatem; mihique assiste semper, quem nihil sine te posse, no- sti.*

II. Part. Medit.

L

MEDI-

## MEDITATIO XIV.

DE IIS QVAE CONTIGE  
runt, cùm S. Ioseph spōsam suam B. Virginem uterum gestare animaduer-  
tit: ac de huius Mystery re-  
uelatione ei ab Angelo  
facta.

## PUNCTVM I.



EDITATIONI huius histo-  
riæ præmittenda est tanquam  
eius fundatū, S. Ioseph  
sæc̄itas, virtutes, & gratia  
Deo Domino nostro ei col-  
late, quod dignus esset matris

eius spōsus, ipsi⁹ verò Chri-  
sti educator, ita vt ab omnibus, eius parentes ex-  
istimaretur; atque re ipsa id munera in eius  
educatione & sustentatione subiret. Si enim  
Præcursorē suum a Ioan. Baptistam, & ipso  
postea b. Apostolos & Spiritu S. repleuit ea ab-  
undantia, quam inuncta illis officia exigebat,  
operæ precium fuit, S. Iosephū excellentissi-  
mis gratijs ac donis replere: quod posset pro di-  
gnitate, cōmissa sibi ministeria adimplere. Qui  
quod acceptis donis nosset, sedulò negoriantur,  
illa quotidie adauxit. idē enim Iosephi no-  
men habuit, q̄ dī c. Accrescens interpretatur,

siue quod ipsem̄ crescat, siue quod augeat.  
PRIMVM sanctitatem suam supra cōsanc-  
tos, qui ipsum præcesserant, auxit: Fide enim  
& obe-

a Lue.1.15.  
b Att.2.4.

c Gen.49.  
32.

I.



& obedientia, excelluit Abrahamū; laborum tolerantiā, Iacobum; castitate, alterum illum Iosephum; familiaritate cū Deo, Moysen; charitate erga populū suū, Samuelem; humilitate & māsuetudine, Dauidē. In quibus & alijs virtutibus & elucebat, & ita quotidiè crescebat, vt optimè illi accommodetur illud Dauidis; d

*Beatus vir cuius est auxilium abste: Ascensiones in corde suo dispositi: Ascendens de virtute in virtutem, donec videatur Deus Deorum in Sion.*

Nominatim autem crescebat felicissimus hic sanctus, ascendens mysticam Iacob scalam LECTI<sup>E</sup>ONIS, MEDITATIONIS, ORATIONIS, & CONTEMPLATIONIS, quam suprà dictum est, sponsam eius ascendere consueuisse: cuius exēplo tum ipse iuuabatur; tum duo hi Seraphini mutuò sese alis suis ad volandum, sanctumque Sanctorum orationibus suis glorificandum, prouocabāt. Atque vt maiori spiritu libertate hæc præstaret Spiritus S. insti-  
tu, voto se CASTITATIS obstrinxit. e qua e 1. Cor. 7.  
(Apost. teste) facultatē præbet, sine impedimento 35.  
Dominū obsecrandi. In cuius cultu custodiaq;  
tantū posuit conatū, vt speciali Dei fauore, nec  
motū aliquem malū persentiret, etiāsi cū pul-  
cherrima alias Virgine versaretur: quæ ad eō  
etiam erat pudica, vt solus eius aspectus, deside-  
riū castitatis ingeneraret. Et hoc ipso magni-  
tudinē ostendit sui AMORIS in DEV<sup>M</sup>, quod  
matrimonij onera acceptās, eius voluptatibus  
Dei amore renūcianterit. His virtutes alias, de  
quib<sup>m</sup> mox dicem<sup>o</sup>, adiūxit. In quib<sup>m</sup> eū imitari

d Psal. 83.  
6. 8.

## II.

Meditat. 4.  
punct. 4.

## III.

studebo, orans, ut cum sp̄ōsa sua meus sit apud Christum aduocatus, ut qui, procul omni dubio, plurimum apud vtrunque valeat, ob magna & fidelia erga eosdem pr̄stata seruua. O pr̄stantissime Patriarcha, cuius pulchritudinem cælestes mirantur Hierarchia, ora de sideratum illum collum aeternorum, qui super caput tuum copiosam effudit benedictionem, & super meū etiam effundat, qud, te imitabo, bonis operibus crescam, virtutibus augear, & in eisdem usque ad coronæ consecutionem iugiter perseverem. Amen.

## PUNCTVM II.

**R**EDIENS B. Virgo ex domo Zacharia, inuenienta est ab sponso suo in utero habili de Spiritu S. Ioseph autem vir eum, causa ignarus, & vehementer anxius, cum esset infelix. O vollet eam traducere, voluit occulitmittere eam. Circa historicam hanc veritatem expendenda sunt occulta Dei iudicia, qui mysterium hoc Iosepho reuelare, hucusq; distulerit; quod tamen Zacharia & Elisabeth spe ruerat. Voluit enim hac occasione non minu ipsam B. Virginem, quam sponsum eius exercere. Hic enim sp̄ōsam suam pr̄gnantem cer nens, potuit sine culpa (quod multi Sancti af firman) existimare, id ex adulterio accidisse, aut certe, in re adeò sibi noua, dubitate quares, quod graue dedecus sibi adferret, multum affligebat. Nec minor sponsam cura preme bat, quam Iosephi sollicitudo anxietasque non latebat: erat enim & ipsi purissime & inno

f Gen. 49.

26.

a Matt. 1.18

S. August.  
Chrysost. &  
dij.

centissimæ grauissima infamia, à sponso proprio adulteram haberi; ac propterea in periculo esse, ne ab eo desereretur. Quæ tamen omnia ita disposita Deus, quod in huiusmodi tribulationibus & humiliationibus ingens bonum contineatur; quibus clarissimos illos sanctos perficere & ad maiora præparare di sponebat. Quam enim Deus insigni fauore tum Angeli annuntiatione, tum apud Elisabetham erat prosecutus; eandem apud sponsum voluit hanc infamiae notam subire: ut sic in humilitate proficiens, ad ampliores, quas in Bethlehem paulò post esset gratias, honestaque acceptura, præpararetur. Est enim humiliatio, exaltationis veluti præambulum; & tribulatio, felicis paschatis. Et hac sorte ratione permota Ecclesia, Euangeliū hoc, in Natalis Domini perugilio statuit decantandum. Eadem etiam causâ Deus S. Iosephum exercuit, vt ad altissimi huius mysterij reuelationem suscipiendam magis disponeretur; essetque eius testis, omni exceptione maior.

Ex quibus illud intelligam, nemini quantumvis sancto, & cum sanctis semper versanti, bonisque operibus occupato, defuturas in hac vita afflictiones & tribulationes, velex ipsis interdum pijs occupationibus ortas. b Est enim militia, vita hominis; & c iustus b Iob. 7.1.  
stat in iustitia & timore: & preparat animam c Eccl. 2. 1.  
suam ad tentationem: quas propterea tribulationes, beneficij potius loco habere debet;

*S. Bernard.  
serm. 34. in  
Cant.*

cum præcipue nullâ suâ culpâ eueniunt; & multò etiā magis, cum ex tali causa proueniunt; ob quam honorem laudemq; merebatur: quod B. Virgini hic accidisse videmus: cum ob id, quod eximium in ipsa erat, infamia notam sustinuit; & simile quid eius filius postea non simel est passus. Quibus exemplis spiritum immam dicendi Domino cum Davide: d' Proba  
me Domine & tenta me: rrerenes meos & in  
meum. Quoniam misericordia tua ante oculos  
meos, & cōplacui in veritate tua. Atque si di-  
ceret: exerce me varijs corporis & animæ ren-  
tationibus & afflictionibus: explorata enim  
mihi est misericordia & fidelitas tua, quae  
meis viribus attemperabis, conuertesque in  
nouorum donorum augmentum.

## PUNCTVM III.

**M**ox excellentes illas virtutes expedi-  
dam, quas clarissimū hoc par Sanctorum,  
hac occasione & probatione ex-  
ercuerunt; quo illas discā imitari: nam etiam  
propterea Deus illā eis misit tribulationem.  
PRIMVM enim S. Ioseph & patientiam &  
prudentiam insignem ostendit. PATIEN-  
TIAM, dum tantam iniuriā silentio iuolu-  
nec de vindicta cogitans, quam iure querere  
licuisset; nec apud parentes aut cognatos en-  
querelas deponens; nec murmurans, aut acu-  
leatis vel iniuriosis verbis sponsam perfrin-  
gens: potius ut iustus, non licet tantum con-  
tentus, sed quod perfectius esset querens, sta-  
uit.

## I.



tuit racens, poenam suam intra seipsum tollere. PRUDENTIAM ostendit, dum medium quæsiuit & inuenit, quo ita Sponsæ famæ consuleret, ut eam tamen, quæ de adulterio suspecta esset, in domum suam non traduceret: sed vel libello Repudijs, quod antiqua lex permettebat; vel, iusto aliquo prætextu ipse alio migrans, se ab ea separaret. Accessit & ad prudentiam, quod neque hoc ipso, etiamsi ad rem accommodato, medio præcipitanter aut temerè sit usus; sed rem prius maturè cogitare expendereque voluisse, quod verba illa satis indicant: *Hac autem eo cogitante.* Habuit enim religioni non solum ei cohabitare, quæ adultera esse videretur; sed etiam eam dimittere, quæ tantam præ se ferret sanctitatem. Cuius consideratione mei pudorem concipiāt, tum ob exiguum in tolerandis iniurijs patientiam, magnamque in inferentes indignationem, facilitatem ad murmurandum, & proximis detrahendum, occultis eorum defectibus reuelatis: tum de impetu impotente, quo me absque deliberatione matura in huiusmodi interdum præcipitio. & hoc pudore affectus, orabo Dominum, ut me propter huius merita, iuuare velit, ad insigne hoc eius exemplum sequendum.

SED VIRGO sanctissima, ut quæ sanctitate excelleret, clariores virtutes patefecit; quatuor tamē potissimas, Perfectoru in tali occasione proprias; raram nimirū humilitatē, silentiū, confidentiā de prouidentia diuina, & cōti-



nuam orationē. HUMILITATE enim tacuit, nolens occulta Dei mysteria, ex quibus tantus ei proueniret honor, patefacere; nec permisit ab Elisabetha, vel Zacharia manifestari; Nec ipsa, recepto inter coniuges (qui se inuicem alias diligunt) more, secretū hoc Iosepho aperit: quamvis cōjiceret, quid euenturum esset, si, quod res erat, ille ignoraret. Humili etiam SILENTIO, cūm apud spōsum suū suspectam se esse cognosceret, tacuit; nullā vīa excusatione, aut innocentia suā testibus adhibet, quā malam illam de se conceptam opinionē auerteret: sed maxima CONFIDENTIA se totam diuinā prouidentiā cōmisit; honoremq; suum in Dei manib; depositum: continuo interit ORATIONI vacans, ut maiestas diuina, quā modo magis expediret, remedium adhibetur. Quo exemplo, rubore suffundar ob superbiam & iactantiam meam, qua manifestare confui, quae ad meum faciunt honorem; & proprie- viam, qua meas culpas conor excusare, meumque honorē varē tueri; exiguum deniq; in Deo confidentiam; & rarum ad orationē recursum. Quare existimare meritō possum, mihi dici illud Ezech. a Tu autem Fili hominū, offendis domini irael templum; & confundantur ab ini- quitatibus suis; & metiantur fabricam, & eru- bes si sit, ex omnibus quae fecerunt. O anima mea, alpice templū hoc Dei viuum, quod est B. Virgo; admirandas eius virtutes cōtemplare, quibus illa ornata est; quō ruborem concipias, ob illa, in quae lapsus es, virtutia. metire stupendam eius

a Ezech. 43.

10.

S. Greg. 24.

Moral. c. 6.

eius fabricam , perpendens præstantiam & o-  
perum eius ordinem; quò de vil. bus, & præpo-  
steris tuis erubescas. O incarnati verbi tem-  
plum , ora magnum hunc Deum, quem tuis  
in visceribus gestas, me ut iis virtutibus ornet,  
quibus templum dignum , quod ipse gratiâ suâ  
inhabitet, efficiar. O anima mea, aduerte, iu-  
stos grano sinapis similes esse debere, quod  
dum teritur , latentem aliás in se virtutem  
manifestat: Quare, si Deus te afflictionibus at-  
terit ; te ipsum ad similiūm virtutum feruens  
exercitium excitare ne prætermittas.

## P V N C T V M IV.

a H A E C autem eo, S. Iosepho, cogitante, a Matt. 1.20.  
ecce Angelus Domini apparuit in somnu ei, di-  
cens: Ioseph fili David, noli timere accipere Ma-  
riam coniugem tuam. quod enim in ea natum est,  
non viri alicuius operâ, sed de Spiritu sancto  
est. Pariet autem filium; & vocabū nomen eius  
I E S U M : ipse enim saluum faciet populum suum  
à peccati eorum.

H I C P R I M U M diuinæ prouidentiæ fideli-  
tas est perpendenda, quæ suorum afflictionibus  
leniendis postquam ad culmen illæ peruenis-  
se, nech humana media valere videntur, diuinis  
adhibitis consulit. Videns enim S. Iosephum  
in grauissimo negotio hærentem , nec posse  
humanis viribus causam attingere , qua eius  
sponsa concepisset; Angelum suum misit, qui  
rem totam suauissimè ei reuelaret. Nam &  
proprio cum compellauit nomine; & familie-

L 5

cogno.



cognomen expressit, FILI DAVID: quod in memoriam reuocata Dauidi à Deo facta promissione, quod ex eius familia Messias ventrus esset, attentior ad reliqua audienda, redde-retur: ac propterea etiam adiecit: *Nemine* ut scrupulum anxietatemque, qua turbabatur, deponeret. (quod Angelorum bonorum est proprium) Dicit: Virginem de *Spiritu sancto* concepisse; ut conceptum suspicionem repellet, tantèque Virginis honorem tueretur: Demùm, quòd totum eius mœrem in gaudiu verteret, conclusit: *Pariet autem Filium*, cuius ipse tantam esset curam habiturus, atque si proprius ipsius filius esset: ac propterea ipsi incumberet nomen IESUS illi imponere, quod Saluatorem significat: erat enim mundi Salvator futurus. Quæ omnia ita clare distincteque Angelus reuelauit, ut mox integrum fidem S. Ioseph adhibuerit.

## II.

¶ Job. 11.17.

FACILE hinc ad S. Iosephi gaudium, ex ea reuelatione ortum, considerandum gradus sit. In eum enim illud Job optimè quadrat: *Cum te consumptum putaueris, orieris ut Lucifer*. Quantum illud fuit gaudium, à tali suspicione se liberum videre! licet nonnihil cum suppuderet, quod locum ei aliquem, quamvis ex ignorantia, & absque culpa aliqua, dedisset. Quàm veiò cautus euaserit, ne de quoquā male suspicaretur in posterum! Quàm Deo gratius, ob sponsam adeò sanctam, tantèque dignitatis sibi cōcessam; & ob officium sibi educatoris talis filij commissum! Ac demùm, quanto per fu-



perfusus fuerit gaudio, cernens mundi redem-  
ptionem iam in proximo esse!

CONSIDERARE similiter licebit B. Vir-  
ginis lætitiam, dum animi tranquillitatem  
spaso redditam cerneret: quām scilicet illa  
fuerit ex eo in fiducia diuinæ prouidentiæ cō-  
firmata! quām grata Deo, quòd honoris sui  
rationem paternè habuerit. In ea enim locum  
habuit, quod idem Dominus dixerat per Pro-  
phetam: b Et dabo ei Vallem Achor, ad aperien-  
dam spem. in valle afflictionis ait, illam con-  
stituam, ut in spem iterum confirmem. Et canet  
ibi iuxta dies inuenturis sua; cùm à pœnis suis  
se viderit expeditam. Gratias tibi, Deus æter-  
ne, pro ea cura, quam de vrroque isto sancto  
gessisti, conuertens, pro more tuo, vallem A-  
chor, in pastum & augmentum spiritus eorum,  
per utriusq; merita supplico, ut me dignum  
facias, qui paternæ tuæ prouidentiæ fructum  
percipiā; omnino securè me in medio tribu-  
lationum illi committendo, remedium oppor-  
tunum certo certius allatur.

## III.

TE

PVNCTVM V.  
E X V R G E N S autem Ioseph à somno,  
fecit sicut præcepit ei Angelus Domini,  
& accepit coniugem suam: & non co-  
gnoscebat eam donec peperit filium suum, mul-  
tò verò minus post. In quo non tam confide-  
randa est S. Iosephi obedientia, ( neque e-  
nim magnum erat, sponsam adeo eximiam in  
domum suam deducere) quām eius modus;

reue-



reuerentia, inquam, illa, qua B. Virginem deduxit, similia forte illis S. Elisabethæ usurpans verba: V N D E H O C M I H I , V T M A T R E M D O M I N I M E I in domum meam deducam! quanto ampliorem erga eam amorem conceperit! quantum eius curam gesserit! quam sanctos inuicem mitcuerint sermones! quantavitate plusquam angelicæ inter eos puritas! quanta voluntatum conformitas! quanta Virginis erga sponsum, tanquam caput, subiectio. Tunc particularia omnia, quæ vel ab Angelo in Annuntiatione acceperat, vel in Zachariæ domo contigerant, ei proculdubio aperuerit: iam enim erat loquendi tempus, vt de tota mysteriis serie Ioseph plenè edoceretur, ad eius gloriam qui illud erat operatus. O felicem Iosephum, cui talis obtigit sponsa! O felicem animam, quæ utrique seruiens, eorundem obedientiam discit & charitatem! O terrestres Seraphini, & quæ, ac coelestes illi, puri, qui vestris aliis voluntatem Dei amplectendam velociter volatis accendite cor meum huius Domini, quem tantoperè vos diligitis, amore; vt eidem obdiens, sicut vos, meos etiam fratres ex charitate diligam, qua vos mutuo dilexistis.

ag 5o

MEDI.



MEDITATIO XV.

DE EXPECTATIONE PARTVS,  
& præparatione ad Christi Do-  
mini Natiuitatem.

**V**ONIAM consuevit in Hispania  
festum Expectationis partus B Vir-  
ginis celebrari, octavo ante ipsum  
Christi Natalem die, banc Medita-  
tionem diei illi & sequentibus accommodatam  
subijcam: in quibus viua & accensa huius par-  
tus desideria, quibus tres persona, Infantulus  
IESVS, B. Virgo, & Ioseph tenebantur, sunt  
perpendenda. In quibus personis etiam fideles  
intelliguntur, qui huius mystery fide instructi,  
ad eorum imitationem preparare se student,  
quod dignè festum illum diem celebrent.

PVNCTVM. I.

**P**RIMVM igitur, ipsius infantis IHSV  
Christi ardentissimum desiderium est  
perpendendum, quod, adhuc in materno  
latens vtero, tenebatur, redemptionem no-  
stram ad exitum perducendi; & porro, in  
mundum prodeundi, quod, iuxta Patris æterni  
præscriptum, illam auspicaretur. Nam à ven-  
tre matris vera fuit illa sententia, quam postea

ipic



*a Lue. 12. 50.* ipse protulit. a Baptismo habeo baptizari: quomodo coarctor donec perficiatur? Quantumvis autem corpus angustiis vteri plurimum astaretur; magis tamen vehementis huius desiderij vi, cor eius premebat: (quo nominet infinitas illi gratias debo; tum intimo eidem seruendi desiderio par est respondere) quod tamen desiderium ita continuuit, ut ante nonum à conceptione mensem (quod tempus nisi quis infantibus est constitutum.) in haec cœm prodire noluerit. Idq; PRIMVM, vt se cœmuni reliquorum consuetudini accommodas, carcerem illum integrè, ne vico quidem depto die, toleraret: ubi enim aliquid patiendie rat occasio, nulla dispensatione, indulgentia aut priuilegio secum uti voluit. DEINDE, totum hoc tempus quasi pro recollectione sui, ante quam in mundum prodiret, accepit: continua illud orationi & contemplationi tribuens, sicut, ante quam se mundo, prædicacione sua, manifestaret; quadraginta dies sele in desertum locum recepit. His nos docens ex epis, collectionem nostri præmittere; tempusque aliquod segregatæ orationi solique Deo tribuere, prius quam in publicum prodeamus, aut aliqua negotia grauia auspicemur: Idemq; meritò, ad sanctum eius Natalem piè celebrandum, faciendum esse.

## PVNCVM. II.

**S**ECUNDÒ, considera etiam incensa B. Virginis desideria, vt felicissima partus sui hora appropinquaret, qua infantem suum natum

natum videret. PRIMVM n. eum, qui non tantum eius erat filius, sed etiā Deus, oculis ipsis cernere, & Sacrosanctæ illius humanitatis, quā ex ipsis visceribus ille assumpserat, pulchritudine frui vehementer optabat. DEIN DE eūdem adorare, fouere, ipsi seruire, omnique maternum erga eum munus exercere cupiebat, in gratiarū actionem, q̄ ipsam ad id deligere dignatus esset: ideoq; tenerimē illud Canticorū identidem repetebat: a *Qui mihi det, ut inuenia te filium meum foris; & desuler te, foueam, tibiq; promeritis seruiam.* TERTIO partus sui horam desiderabat, quod in mundus bono, in ipsa latente frueretur. Nam etsi plurimum filium diligenter; non tamen sibi soli retinere, sed omnibus comunicare volebat, pro quibus sciebat fuisse incarnatum. Et quoniam b̄ spes qua differtur affigit animam: singulos mox illius dies, totidem annos reputabat, quamuis eo nomine esset pacatissima, quod ei, quem intra se habebat, eam moram sciret esse gratam.

H̄is considerationibus accēsa in corde meo excitabo desideria, vt filius hic Dei spiritualiter in meo & omnium animis nascatur: quō is ab omnibus adoretur, ametur, fideliterq; eidem seruatur. Ad hoc faciet usus aliquot versuum Psalmorum & Propheta: u. quibus Ecclesia tempore Aduentus uti consuevit. c *Exita Domine potentiam tuam & veni; vi saluum me facias.* Et d *ut in am di unperes cœlos, & descenderes:* à d *Isaia 64.1 facie tua montes desfluerent. & virtus mea euangelicerent.* Item: e *Rorate cœli desuper, & nubes c Isaiā 45.8. pluant*

I.

II.

III.



pluant iustum; aperiatur terra & germinet saluatorem. Ostende Domine misericordiam tuam & da mihi benignè salutem. Ad eundem finem inuerit, iaculatorias aliquas orationes usurpare, illis similes, quas eodem tempore Ecclesia adhibet in septem illis Antiphonis, quae Vesperas cantantur: quibus Christum Dominum iis nominibus compellat, quae illi, vel quia Deus est, vel quia homo, competit, iuxta effectum, quem in animabus, quas visitat, efficere consuevit. Dicere itaque potero,

**O SAPIENTIA infinita, qua ex creatissimi prodigi, VENI, ad me in ecelesti via gobernandum. O oriens SPLENDOR lucis aeterna, VENI, & Virtutum tuarum splendoe illustrare. O SOL IUSTITIAE, veni illuminata, & vitalem calorem adfer sedenti in tenebris, & in umbra mortis. Et, O Rex Regum, veni ad me regendum. O gentium MAGISTER, veni ad me docendum. O mundi SALVATOR, veni, ad me saluandum. & in hunc modum petitiones aliae fieri possunt, Ecclesiae spiritu hoc tempore conformes.**

**LICEBIT** etiam & B. Virginis & filij eius desideria spiritualiter accipere, desideriumque meum excitare, ut bona proposita, quae, Spiritu sancto, inspirante, concepi, citius in lucem prodeant; & opportuno tempore, loco, & occasione, iuxta Dei beneplacitum, executioni mandentur: me in omnibus sanctissimæ Dei voluntati accommodando. Nam vt conceptus in utero infans, naturâ suâ cupit in lucem suo

tempore prodire; & nisi prodeat, matrem ipsā  
grauiter torquet, ipseque tandem interit, nec  
sine simili matris periculo: sic conceptum de  
Spiritū sancto propositum, de vita natu, aut de  
ipsa vita in melius commutanda, quasi clamat;  
foras prodire, & executioni mandari cupiens;  
quod, si ignavia nostra aut contemptus impe-  
diat, torquet, remordetq; conscientiam ita, ut  
nisi exequamur, grauium sēpē sit causa ruina-  
rum, Deo ita, in fextincti spiritus, neglectique f. 1. Theff. 4.  
propositi poenam, permittente. Quod etiam e. 19.  
iusdem Spiritus sancti dictum illud spectat: g g Proh. 21.  
Desideria occidunt pigrum. Desideria, inquam, 25.  
illa, quæ Dei virtute concipiuntur, si nostrā  
ignaviā in opus & lucem non prodeant, cum,  
qui concepit, occidunt.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIO considera, B. Virginem certis-  
simam spem habuisse pacatoque omni-  
nō fuisse animo, quod, nec in ipso qui-  
dem partu, Virginitatis esset iacturam factura:  
quod firmissimè crederet, quemadmodum vir-  
ginitate illæsa, filium Dei conceperet; se absq;  
eiusdem detimento eundem parituram. Con-  
firmabatque eam in hac spe, Isaiae prophetia,  
quæ non minus partum, quam conceptionem  
virgini tribuit. a Ecce, inquit, Virgo conci-  
piet, & pariet filium, & vocabitur nomen e-  
ius Emanuel. b quod est interpretatum: Nebi-  
scum Deus. Quæ dum ipsa mente reuelue-

I.

a Isaiae 7.14

b Mat. 1. 23.

II. Part. Medit.

M

ret,



ret, stupore plenam dixisse credibile est: Vnde tantum mihi bonum, vt illa ego admiranda & prophetica virgo sim! Itane verò est, quod eū dem ego in visceribus meis filium conceperim, quem Pater æternus habet in suis! Et mecum illum esse Emanuelem, quem tot ante me secum habere desiderarunt! quique nulla meæ integratæ iactura, proditurus à me sit, ut possit esse cum omnibus! O si tandem felix illa hora illucesceret, qua nascereris! Etsi enim à me, quā homo es, prodeas; manebis tamen semper mecum quā Deus. Huiusmodi animi affectibus feruebat B. Virgo illo tempore: ingeniique ex tali spe latitiae perfundebatur, propter suæ virginitatis amorem, & estimatiōnem. Gratias tibi Emanuel benedicte, quod humilem istam virginem in matrem elegeris; et iusque integratæ illæsam seruaueris.

HINC etiam oriebatur, ut, quoniam à timore, quo prægnantes aliæ corripiuntur, & partus solicitudine, qua illæ vehementer anguntur; immunis omnino erat; animæ tantum sua præparationi, altissimis virtutum actibus editis, intenderet: quod aptius iam iam nascituro filio ministrare placereque posset; & quæ, ad eum excipiendum necessaria essent, pro temitate sua respicere. Cuius exemplo, me quoque præparare studebo ad filij Dei natalem, quem expecto; impedimentis, si quæ animo obrepent, semotis; actibus vero virtutum, ad eum exornandum adhibitis, iuxta ea, quæ proximis punctis indicata sunt; & quæ ipsa Ecclesia hisce diebus,

## II.



diebus, verbis illis S. Ioannis Baptiste commendat: **C** Parate viam Domini, rectas facite semitas eius: omnis vallu implebitur, & omnis mons & collu humilabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnus caro salutare Dei. Quasi distinctius horaretur: aufert à vobis vicia, nascenti Saluatori contraria, & virtutibus, quas secum ipse afferit, similibus, vos ipsos ornate. Amouete pueriliumitatis profunda, alta superbiæ, intentionum curuitatem, mores asperos: studete pro viribus, spiritum vestrum confidenter in altum erigere; sed demissè eundem deprime-re; intentiones vestras ad cælestia, sine terrenorum admixtione, dirigere: mites vos ad omnes præbete, nemini dantes ullam offendiculum: talis enim est, qui nascitur, Saluator; talibusque animi dispositiōibus excipiendus. Quatuor hasce virtutes aduersus quatuor contraria vicia querere me oporret, ad finem prædictum, ipsius B. Virginis interuentu; eidem dicendo: **O VIRGO SANCTISSIMA**, quæ feruentibus desideriis, filij tui Natalem præstolabaris, eximiisque virtutum actionibus ad eum videndum, amplectendumque teipsum præparabas, age, Domina, apud eundem, vt eius ad me aduentus impedimenta amoliar, magnaq; ad eundem suscipiendum diligen-tiam me præparem.

**c Luc. 3.4.****Iaia. 40. 3.**

## MEDITATIO XVI.

*DE B. VIRGINIS EX NAZARETH in Bethlehem profectione.*

S. Thom. 3.  
p. q. 35. a. 7.  
c. 8.

*Term. de  
vacuitate.*



RIMVM pro insequentium Meditationum fundamento considera, Incarnatum Verbum ex matris vtero proditum, adeo inustato, stupendo, sanctoque modo in mundum ingredi voluisse, vt ei similis nec fuisset ante unquam, nec futurus esset in posterum; & qui sibi quidem permolestus, nobis autem esset utilissimus: quod fundamenta iaceret Euangelicæ perfectionis, quā erat postea mundo prædicaturus: idemque eius in mundum ingressus, (vt sanctus Cyprianus ait) nostri, quo ad Christianam Religionem accedimus exemplar esset; eandemque discipuli eius viam tenerent, qua ipse magister venit, & quas exercuit ille virtutes imitarentur, & in hunc finem, omnia reiecit, quæ mundus amat, queritque; amplexatus quicquid ille horret, fugitque. Quapropter etiam, ad diem suum Natalem, rem omnem ita dispositus, vt exiens ex Nazareth, illas qualescumque committates sibi subtraheret, quas in maternando, & apud cognatos & notos habere potuisset: ubi habitationis saltem, cunarumq; commoditas & solatiolum aliquod non defuerit, quale Baptiste in paterna domo nascenti

non

non defuit. Sed hæc omnia Verbum hoc reiecit, ut nos doceret, quantoperè carnis illebras abhorret, amaret verò paupertatem, qui modicum illud etiam reliquerit, quod domi mater habebat; & ut peregrinus in Bethlehem, ea temporis incommoditate, nasci voluerit, qua omnia sibi deessent. Quo exemplo rubore suffundar, quod meas commoditates, carnisque indulgentiam tam sollicitè queram; ut non modò eas, cùm adsunt, non fugiam; sed anxiè, eum non adsunt, procurem; &, nisi obtineam, molestè feram. O Iesu Nazarene, floride, cœlestium virtutum floribus ornate, qui desertis Nazareth, ut commoditatum terrenarum flores effugias: huius tui egressus merito, debilitatem meam adiuua, ut carnis meæ floribus & blanditiis omnino renunciem, optem verò procuremque tuarum duntaxat flores virtutum: quibus & animam meam exornare & in eadem nasci digneris, Amen.

## PUNCTVM II.

**O**CCASIO deinde expendenda est, ob quam Christus hanc profectionem in Bethlehem suscepit, & quem finem quæsierit. *a In diebus illis*, ait Euangelista, <sup>2 Lucez. 1</sup> *exigit edictum à Casare Augusto*, ut describere-<sup>ea</sup> tur vniuersus orbis. Et ibant omnes, ut profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem *¶ Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in*

M 3 Iudeam



Iudeam in ciuitatem David, qua vocatur Bethlehem, eo quod esset de domo & familia David, ut profiteretur cum Maria sponsata sibi pax, re pregnante. Qua in re considera, quantum distent Dei cogitationes ab hominum cogitationibus; quam alia sint cœlestis Regis, & Regum terræ consilia. Nam edictum illud Cæsaris ex elatione animi, ambitione, iactantia, & auaritia oriebatur; ultra iuris sui limites se extendebat: ut describeretur vniuersus orbis imperitans, atq; si totus illi subesset: omnesque eius essent subditi, qui propterea vestigia soluerent, etiam pauperes & egeni. Contra Christus Rex cœlestis, cogitationes suas omnes in humilitate, paupertate, sui que subiectione ponbat, & in calcandis pompis, diuitiis, & mundi huius vanitatibus. Non imperare venit aut ministrari: sed obedire, & seruire toti mundo. Cuius voluntatis hic habes testimonium, dum enim editio Cæsaris matrem suam obtemperare voluit: & se & illa eius subditos esse protestatus est: & imperatum tributum, ut reliqui subditi, soluerit: ut superbiam & concupiscentiam mundi, hoc suo exemplo confunderet. Si enim Rex Regum & omnis creatura Monarcha, in mundum veniens, sese abiicit, & Regi terreno ac iniquo subiectionem profiteretur:

b I. Pet. 2. 13 quid magnum, si ego me b omni subijcam humana creatura propter Deum? Et quanta erit insolentia, vel ipsi Deo me non subiicere, nec eius subditum agnoscere, nec debitum obediētiæ tributum soluere? O REX COELI, prohibe,

-quælo,



quæso, talem in me superbiam, quam ut dissolueres, te tantoperè abiecisti. SECUNDО perpende: Etsi Edictū illud superbia & cupiditas imperasset, voluisse tamen Dcū omnes suos illi parere: quia placet illi, singulos superiorib. suis in omnibus licitis obedire: etiam cùm in propriū commodū ea iubent ) & in eis Deum ipsū, c cuius locū illi tenent, agnoscere. Suprā modū itaque Christus obedientiam suam extulit, dum profectionē hanc suā instituit, quō æterno suo Patri, qui in d Bethlehem ipsū nasci statuerat, obtéperaret: quamuis eius prouidentia, hac edicti Cæsarei occasione, ad id perficiendū vfa sit: qui. n. e non veniebat in mundum, vt suam sed c Ioan. 6. 38. eius, qui eum miserat, voluntatē perficeret, eo loco nasci ipse voluit, vbi ille decreuerat: & obediendo nasci, sicut obediendo etiā mortuus est: vt omnes ab eo disceremus obedire. O DILECTE MI, quoniam vita mea in tua voluntate posita est: sit, quæso, omnis meus ingressus, & exitus semper illi conformis, Amen.

## PVNCTVM III.

**C**ONSIDERANDA TERTIО est ipsa B. Virg. profectio, eius modus, & virtutes, quas in ea exercebat; vt eas imitemur. Nā cū ipsa pauper esset: iter verò prolixū, & tēp<sup>o</sup> brumale ac asperū; nō defuerūt illi molestiq: quas tamē mirā patiētiā & alacritate tolerabat oculorum insignem modestiam p̄r se ferebat: corde, in Dcū filiumq; suum, quē in vtero gestabat, defixo: cum quo pia colloquia miscebat, vt suprā dictum est. Quod si cum suo sposo Medita. 10

M 4 Ioseph punct. 3.

## II.

Ioseph interdum loquebatur: Deo colloquijs  
rat argumentum, idq; magna veriusque incun-  
ditate. Nec tamen eundo, quamuis verum ge-  
staret, desatigabatur; eo quod filius eam non  
grauaret; & spe citò eundem videndi, valde  
recrearetur. quæ etiam propterea è Nazareth  
exire gaudebat; quòd maiori animi tranquilli-  
tate, filio suo frui liceret, si extrà nasceretur.  
O Virgo sanctissima, nihil necesse est illud ri-  
bi, sicut Sponsæ occinere: f Surge, propera ami-  
ca mea: iam enim hyems transiit, imber abii &  
recessit: Flores apparuerunt in terra nostra, de-  
siderium enim patiënti, & obediendi, saciste  
vrget, ut vel ipso hyemis rigore properes; quòd  
flos ille Iesse tandem oriatur; in quo nostra est  
posita requies. Utinam excellentes illas, qui  
in ea profectioне exercuisti, virtutes imitari  
mihi liceret; spiritu gressus tuos comitando,  
cui, corpore comitari, non licuit.

f Can. 2.15.

## PUNCTVM IV.

**C**ONSIDERANDVS vltimo loco est,  
ipse B. Virginis in Bethlehem ingressus,  
vbi propter magnum hominum cōcur-  
sum, nec qui hospitio eam exciperet, inuen-  
tus est; nec in diuersorio locus ei datus: ut pro-  
pterea, ad publicum animalium stabulum di-  
uertere, sit coacta: ita diuina prouidentia di-  
sponente, quòd Dei filius, mendicans & in-  
commoda patiënti, in mundum ingredere-  
tur, nemine illius incommodis compatiens. Perpende excellentiam eius, qui hospitium  
nunc



nunc quærit, in quo nascatur, nec tamen inuenire potest; hominum verò, qui nō solum eum non excipiunt, sed neque agnoscunt, cæcitatem; & bona illa, quibus merito propterea priuantur: ac demum quo pacto Deus, id, quod in mundo abiectius est ac deterius, sibi elegerit. Ex quibus ad effectus, sensaque tenera, argumento consentaneo, permouere.

**E X P E N D E** itaque primum, quomodo huius mundi homines palatia sua domosque sibi commodas habeant, & diuites Bethlehemitici benè hospitati & habiti sunt, quisque iuxta palatum suum: filius verò æterni Patris, omnium, quæ creata sunt, Dominus, a in propriam <sup>a</sup> *Iohann. I. 11.* veniens ciuitatem, ex qua erat oriundus, & inter eiusdem Tribus & familiæ homines, hopitium quærat, & sui eum non recipiant. O æternum incarnatum Verbum, quam citò te incipit reiçere mundus, quem tu venisti redimere! Poteris omnino iam nunc illud usurpare. b *Vulpes foueas habent; & volucres celi nidos, vbi ponant filios suos: filius autem hominis,* & pauper eius mater, non habet vbi caput suū reclinet. Imò Vulpes à foueis suis repellunt: quia astuti & diuites terræ paupertatem & simplicitatem tuam horrent; Aves te ad nidos suos non admittunt: quia nobiles ac superbi huius mundi, humilitatem & abiectionem tuam contemnunt: sicque ad vile ac sordidum stabulum configere compelleris, in quo c *bos cognoscit possessorem suū, & asinus praesepè Domini sui, quod cedet Domino suo.* O Domine

I.

b *Lac. 9. 58.*c *Isai. 1. 3.*

M 5 domi-



dominantium, & totius creaturæ possessor,  
pelle ex anima mea vulpinas omnes astutias,  
& superbiam volatilium, à quibus ea occupa-  
tur: vt in eā tibi pateat hospitium.

## II.

HINC erigar, vt causam, cur Christus hos-  
pitium in Bethlehem inuenire non potuerit,  
intelligam, fuisse populi illius ignorantiam:  
nam etiam ad proprias ipsorum domos acce-  
dentem non agnoverunt: neque enim sciebat  
commodum, quod recipientibus euenisset; qui  
alios receperunt, à quibus parum aut nihil  
eis commodi accessit. O felicem illum, qui  
hunc Dominum cognouisset, hospitioque ex-  
cepisset; vt in eius domo nasceretur! quia il-  
le spirituales diuitias accepisset! quā cumu-  
latè hospitalitatem, hīc exceptus rependi-  
set, qui Martha & Zachæo rependit ampli-  
simè. O quām esset anima mea felix, si tantum  
Dominum excipere nosset? locumq[ue] eidem  
concedere, quōd spiritualiter in ea nasceretur!  
O Deus infinite, qui cordis mei dominum pul-  
sans circumis, clamasq[ue]; inspirationibus tuis,  
vt tibi, intrare, illudq[ue]; gratiæ tuæ donis dia-  
re cupienti, aperiam: ne, quæso, permitte,  
portas tibi claudi à non agnoscente; aut à non  
estimante dimitti. Veni Domine, veni: cla-  
ma, quia ego audiam; pulsa, aperiam; & opti-  
mam domus meæ habitationem, quod ipsam  
est cor meum, tibi tradam, in quo pro voto re-  
quiescas.

d Apoc. 3.  
20.

## III.

DomiNum Ioseph Beatissima Virginis & Sanctissima Ioseph in os  
solum patientiam, in tanta inhospitalitate ac  
deser-



desertione, considera; sed animi quoque tranquillitatem in repulsa, quam, ob suam inopiam ab ijs tulerant, ad quos hospitij causa accesserat: imo & latitudinem, qua se ad stabulum, abiectissimum in terra locum, receperunt: humilitatem & egestatem cum patientia & hilaritate, stupendo germanitatis nexu conuentes. Quorum exemplo conabor & ego, me ita componere, ut primum voluntate, quod in mundo est abiectissimum, mihi optem; deinde, si quando tale quid fors tulerit, patienter illud reipsa & gaudenter amplectar. Ne que enim fors alia felicior esse potest, quam hos clarissimos sanctos proxime imitari; sicut ipsi Christum sunt imitati, ut mox licebit videre.

MEDITATIO XVII.

DE CHRISTI DOMINI  
nostris Natiuitate in Angipor-  
tu Bethlehemica.

PVNCTVM I.

ONSIDERANDVM hic pri-  
mum est, quid Verbū Incarnatū,  
imminente iam hora ex materno  
vtero prodeudi, fecerit. In primis  
enim ut consuetū nascendi tem-  
pus præuenire noluit; sic nec vltra differre:  
sed ipso momento, quo nonus à conceptione  
mensis



mensis explebatur, prodire, & se se mundo, incredibili cordis affectu, manifestare voluit; viam suam magna animi exultatione auspiciatur, iuxta illud Davidis: a Exultauit ut Egredierit curreret via: a summo calo egressio eius, & occurſas eius usque ad summum eius. Quamuis enim viae asperitatem, a sua natiuitate usque ad mortem, non ignoraret: exultauit tamen fortitudine & alacritate, ad eam inchoandam: ut ex materno procedens vtero, qui eius erat, pedes suos primum in uilissimo & totius orbis abiectissimo loco collocaret. Quo nomine gratias agam, & orabo; ut & intelligere, & sentire mihi concedat, quod in hoc loco in mundum ingressu actum est. O Infantem Gigante fortioriem! qui, ut sol nouus & splendens, ab Oriente prodire gestis, ut cursum ad Crucis usque Occidente tenet: illumina mentem meam, & voluntatem accende: quod egressum hunc tuum contemplari, & elucen-tes in eo virtutes imitari valeam,

**II.**  
D. Thom. 3.  
p. q. 35. a. 6.

Deinde considerandum, quam se liberalem erga matrem idem Infans ostenderit. Si enim potens ac diues quispiam, apud rusticum aliquem, non utilitatis alterius quam obsequij ex amore praestandi causa, hospitatus beneque tractatus, solet in discessu eam hospitalitatem cumulate, pretioso aliquo oblatione compensare, quod & suæ gratitudini & hospitis necessitati respondeat: quanta dona par est credere, ditissimum ac potentissimum hunc Infantem tali matri, in suo ex vtero eius egredi,



reliquisse; quæ nouem integros menses, ingenti cide seruendi ac placendi desiderio, tam gratum præbuerit hospitium! quam altam huius mysterij contemplationem! quos mentis inusitatos iubilos illa tunc senserit, pro doloribus, quos alia matres ea occasione perpeti solent! Neque enim par fuisset, eam, quæ nulla carnis voluptate conceperat, cum carnis dolore parere: neque ipse filius, quamuis, in fermentis doloribus, secum dispensare noluerit, matrem suam voluit aliquo sensus dolore tangi. Ad eundem modum cogitare licet, eundem Christum, cum animam piam in Eucharistie Sacramento ingreditur, initio quidem Sacramentalem ei gratiam conferre: quem, si ipsa, ut talis decet hospitem, tractet; insignia eum, ante suum egressum, deuotionis & contemplationis dona, magnisque lætitiae iubilos, quibus bonam hospitalitatem compenset, ei largiturum. Quare age, anima mea, attende diligenter, quomodo cælestem hunc hospitem, cum ad te venire dignatur, tractes: quod te cœlestibus etiam donis diter, ac satiet.

TERTIÒ perpende, eadē causā Christum, illas matris integratē, miraculo prodire voluisse: quod non deceret, cum tanto eius hospitiij detimento egredi, in quo tam diu & tam bene habitus fuisset: sed & singulari hoc honore matrem suam meritò affecisse; quod nos doceret, se nunquam permisurum, vt ob exhibut ipsi hospitium, & quoduis obse-

## III.

*Suprà Me-*  
*dit. 14.*  
*p. 28. 3.*

obsequij genus, detrimentum ullum rem nostrarum faciamus; etiamsi, ad nos ille fosse uandos, miraculo sit opus. Et si enim, ut seipsum à passione, doloribus, & morte liberari, miraculo uti noluerit; ad suos tamen electos præseruandos, solet, cum eis ita expedit; illud adhibere. O supreme Magister, quād aperi hoc me doces exemplo, veri amoris conditio nem; qui in seipsum seuerus, in alios blandus esse consuevit: seueritatem sibi eligit, qua se affligat; erga proximos indulgentiam adhibet, ut demulceat. Adiuua me, Domine, gratia tuā, quō in flammamatam charitatem tuam imiter in utroque.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDER A deinde, quid B. Virgo fecerit, cūm ex animæ suæ iubilis agnuit, pars us horam imminere: expender itaque eius affectus, facta, & verba. Nam in pulu nce illius angulum unum sese coniiciens, altissimæ contemplationi intenta, vni genitum suum peperit: moxque eundem in vlnas accepit. Quis gaudij & lætitiae illius magnitudinem assequi poterit, qua fuit anima illa affecta, primo illo filij sui aspectu, non in extrema, quam cernebat, corporis elegancia, distens sed mente ad eius animæ dignitatisque pulchritudinem transiens, quantum hinc au debat eum, ut filium ingenti amore comple eti & osculari; tantum inde humilitate &

reue.

I.

M DE P  
R F



reuerentia se retrahebat, aduertens eundem etiam esse Deum. his enim duabus vlnis charitate & humilitate, amore & reuerentia, vult Deus ne<sup>g</sup> ad se accedere. Idem itaque & mihi spiritualiter faciendum esse intelligam, vt animæ meæ vlnis, amore, scil. & reuerentia eum amplectar: illo amanter appropians; hac me reuerenter contrahens.

Mox B. Virgo Infantulum filium suum paniculis, quos ad id parauerat, inuoluit, & in præsepio reclinauit: affectusque humilitatis, indignam se iudicans, quæ in vlnis suis cum teneret: flexis genibus eundem, vt Deum, & Dominum suum adorauit; magnoque amore illi etiam locura est, nihil dubitans, se ab eo intelligi. Gratias itaque illi egerit, tam pro beneficio, quod suo ad humanum genus reparandum aduentu, in illud contulisset; quam quod ipsam ad id in matrem, nullis suis meritis, elegisset: simulque dubio procul se totam, ad fidelia obsequia, animo & corpore viribusque omnibus præstanda, obtulerit. Quæ omnia tenerrimo affectu, suauissimisque verbis eam dixisse, par est existimare; & cogitatione potius ea percipi, quam ullis nostris verbis explicari, iucundius est.

I D E M S. Iosephum fecisse, non est dubitandum: adorasse nimirum Infantulum: gratias ei egisse, tum pro collato, natuitate sua, toti mundo beneficio; tum sibi nominatum, in suum educatorem ipsum eligendo: ad quod munus fideliter diligenterque præstan-

dum

II.

III.



dum, & in omnibus seruiendum, se promptissimum obtulisse, credendum est. Idem vero & mihi faciendum esse intelligam, vt meipsum, cordis affectu, sanctis hisce coniugam, corpus & animam, cum eius omnibus facultatibus, ad seruiendum promptissime offerens. Odulcissime summeque Domine, quas tibi potero grates agere, pro tanto hoc beneficio, quod, infans factus, & in tanta rerum egestate, vnde redimeres, contulisti? Vt inam horâ illâ piz-sens adfuisse, vt in tua illa Infancia, obsequia tibi mea deferrem. Ecce nunc spiritu, quicquid sum, possum, & valeo, Maiestati tuzlibens offero, vt me omniaque mea in seruitus tuis ponâ. Accepta, Domine, hanc voluntatem & gratiâ tuâ me adiuua, vt eam reipla expleam.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIÒ ac præcipue consideranda sunt stupenda illa & miraculi plena diuinus huius Infantis in præsepio collocati magnalia, eius personæ dignitas, verba quo corde proferebat, quæ faciebat, quæ & patiebatur, propter quos, & quomodo: heroicæ item virtutes, quas etiam tunc exercebat. Quæ amnia quemadmodum (B. Virginem fecisse credendum est) attentiùs suut expendenda, in hunc modum.

**P**RIMVM circa Infantis personam, conferam ea, quæ, quâ Deus est, cum ijs, quæ habet quâ homo: idque maiori, quâ potero admirationis & amoris affectu. Est enim Infans hic

I.  
De persona  
Infantis.



Deus ille Maiestatis, cuius a *Seues, calum* est; b a *Isai. 66.1.*  
*Thronus, Cherubini;* famuli, Angelorum Hie b *c.37.16.*  
 ratchiae, in quarum medio, Imperatoris instar b *Mat. 5.35.*  
 ille sedet, quem adorant omnes, sequi subdi- b *Psal. 79.3.*  
 tos agnoscunt. Ex altera vero parte idem ipse,  
 in vilissimo iacet c *præsepio,* d *in medio duorum*  
*animalium.* Et qui e *Verbum æternum* est Pa-  
 tris, per quem omnia facta sunt, eademque pro-  
 pria virtute sustentat ac seruat, is factus in-  
 fans, pedes manusque ligatus, ita manet, ut nec  
 mouere se valeat: & qui Divinitatis f *amicus* t  
 est lumine infinito sicut vestimento; quia g *splen-*  
*dor est gloria, & figura substantia Patris;* qui  
 suas creaturas vestit pulchritudine; & libe-  
 rali manu sustentat, atque conseruat: ille ipse,  
 vilibus hic pannis, crepundijsque vestitur; la-  
 cte materno indiget, quo nutriatur. O In-  
 fans excelsissime, & vilissime; ubique vene-  
 de, ubique amande. Sed quod pro me vilius eò mi-  
 bicharior: & quod magis mei causa despectus, eò  
 dignior es, qui à me diligaris; & quod abiectionis  
 eò excelsior. At quis te pro meritis amabit?  
 Utinam me ipsum deiicerem, atque ut par est,  
 humiliarem! nam me ipsum in me abijcere,  
 erit in te exaltari. Quomodo non erubes  
 cis, o anima mea, excelsissimam hanc perso-  
 nam adeò cernens humiliatam; tuam vero vi-  
 lissimam adeò inaniter elatam! Discas ab hoc  
 Infante humiliare te ipsum. h qui enim, sicut i-  
 pse, humiliauerit se in terra, ab ipso exaltabi-  
 tur in cælo.

DE IN D E verba, quæ Infans iste non lingua,  
 II. Part. Medit. N sed

S. Bernard.  
serm. 1. in  
Epiphan.

b *Matt. 23.*  
12.

II.



*nfantis  
verba.*

sed spiritu: non voce, sed exemplo tunc dixerit; perpende. Cum aeterno enim Patre colloquens, gratias illi agebat; quod hora tandem illa aduenisset; qua ipsum in praesepio illo voluisset reclinari; promptissimum sese magnaque offerens amore, ad labores omnes, quos in mundo perpessurus esset, illud repetens (quod Apost. expendit) i Tunc ingrediens mundum dixi, Ecce venio, ut faciam Deum voluntatem tuam Ad homines etiam, exemplo suo, ex praesepio clamabat, ea doces, quae verbo etiam posse ea praedicauit: k Discite a me, quia misericordia humilis corde: &c in Nisi conuersi fuerint efficiamini sicut parvuli; non intrabitis in regnum aevorum. Et quicunq; humiliauerit se sicut parvulus iste; hic maior est in Regno Cœlorum. Hæc & similia exemplo suo prædicat; quæ merito audiam, deuotissime supplicant; aures mihi cordis aperiat, quod linguam illum intelligam; & exequar intellectam. O celestissime Infans, qui ex isto præsepi me, ut fiam infans, inuitas; quique parvulorum adeo semper fuisti amans, ut eos etiam amanter amplius; fac me parvulum in innocentia, sicut es; parvulum in humilitate, infantem in silentio, & tenerum in charitate: in his enim quatuor posita est similitudo, qua parvuli hinc efficiuntur, in Dei oculis magni simus.

STATIM ad opera consideranda, quæ idem Infans illic facit, pergam. In quibus vnu est admiratione dignissimum: quod cum intelligentiae usu tam esset tunc perfectus sit;

n Marc. 10.  
16.

III.  
*Infantis A-  
ctiones.*



et que cum triginta esset annorum: omnia tamen, quæ faciebat, & motus ipsi, ac vultus compositione, erant infantilia, non imitatione aut simulatione; sed reipsa & verissimè, sicut aliorum infantum, admirandâ quâdam Symmetriâ, quam illi intelligunt, qui expendere nuerunt duarum istarû rerum in ipso vnitione. Nominatim vero nunc fletum, & lacrymarum eius causas expendam. Plorat enim ille, non tam quod in commoda ferat, quod alij faciunt infantes; quâm ob ea, quæ nos, peccatis nostris exigentibus, patimur. amor enim, quo nos prosequitur, lacrymas illas expressit; quibus propterea internas feruentissimas iungebat, ad Patrem æternum, preces: iam tunc illud reipsa præstans, quod de eo dixit Apostolus, o

*o Heb. 5.7.*

Qui in diebus carnis sua preces supplicationesque, ad Deum cum clamore valido & lacrymis, efferebat. Credibile est autem, B. Virginem, cùm infantem suum lacrymantem videret, eiusque causam Spiritu S. edocta assequeretur, suas quoque lacrymas coniunxisse. O dulcissime IESV, cur tam amarè meas defles miserias, tuarum oblitus? O anima mea, cur & tu non fles, infantem hunc pro te videns lacrymantem? plora saltem ex compassione pro te flentis; plora, quia tu ipse planetus illius es causa; plora propter tua peccata, quæ illius cor transuerberant. quod si propter hæc non fles; tuam saltem defles duritiem, qua flere, cùm maximè tibi expediret, non potes; etiam si flendi tot adsint causæ. O Virgo beatissima,

N<sup>o</sup> 2 donum



donum mihi lachrymarum impetra, ut saltem te flentem comitari possim, ad filij tui consolationem, quam ex nostris ipse haurit lacrimis, p *beatos* eos pronuntians, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

**p Matt. 5.5.**  
**IV.**  
**Quæ patitur**  
**Infans.**

**S. Thom. 3.**  
**p. q. 35 a. 8.**  
**S Bernard.**  
**serm. 3. de**  
**Nat.**

**q Psal. 87.16**

VLTIMÒ, quæ Infans hic patitur, considerabo: paupertatem, frigus, dolores, aliaque incommoda permulta: quæ omnia, non necessitate coactus, sed voluntate & sponte patitur. Ipse enim elegit ad nascendum severissimum brumale tempus, & horam totius noctis rigidissimam; stabulum vilissimum, & totius ciuitatis abiectissimum; egestatem maximam, desertionem & obliuionem hominum, quæ potuit esse, maximam. Idque totum, ita diffimulata humilitate subiit, ut cum verè sponte illa amplectetur, necessitate tamen ad id actus, ac porrò vilior ipse abiectione eleveretur. Denique ab ipso præsepi quod ipse aseuerauit, cùm dixit in Psalmo q *Pauper sum ego & in laboribus à iuuentute mea*) egestatem, contemptum, labores, & dolores tanquam inseparabiles sibi socios ad usque mortem alciuit: mille in rebus omnibus incommodorum genera ferens; eam vitæ rationem, quam mundus auersatur, amplexus: quod mundi sectariorum errores suo exemplo detegret; de quibus S. Bernardus, euidentes esse pronunciat, nūdum, diuicias, honores, & voluptates sectantem errare, cùm Christus sapientia infinita, quine decipi potest, nec nos vult decipere, y's coniurata pratulerit.

HAC



HAC consideratione, pudore in huius beatissimi Infantis conspectu suffundar, cogitans, multò aliter me hactenus vixisse, quām ipse vixerit, ac docuerit: Ideoque statuam, eum in posterum sequi, ea, quæ ipse elegit, alijs omnibus præferendo: demissè ei supplicans, me dignū vt faciat, qui cū ipso, & vt ipse, non necessitate, sed voluntate, sponte, & ex amore patiar. O Infans supreme, r qui vt alter Dauid, sapientissimus Princeps inter tres (es enim trium diuinarum Personarum secunda, cui sapientia tribuitur) quid in Cathedra ista præ sepij sedens facis, tanquam mutus nihil nobis dicens? Es nimirum, quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui oītingentos interficis impetu uno. Nam contemptu & humiliatione, quam in carioso p: & sepij istius ligno amplecteris, in numeros mundani amoris insultus, diuini tui amoris impetu interficis. O Princeps sapientissime, & fortissime, qui tacendo doces, & tacendo occidis: doce me, in silentio sequi tuos istos contemptus; occide in corde meo omnes huius mundi affectus: quò ad imitationem tui, vermis effectus, ad te in gloriæ tuæ throno videndum conscendere merear.

Amen.



*Luc. 2.  
D. Thom. 3.  
p. q. 36.*

MEDITATIO XVIII.  
*DE ANGELORVM IN CHRI-  
STI natali Exultatione, & eius nur-  
tio, quem Pastoribus attu-  
lerunt.*

PVNCTVM I.



ONSIDERANDVM pri-  
mum h̄ic, quid in celo age-  
retur, cūm Christus est na-  
tus in terra. Angelorum  
nim Hierarchiæ, hinc Dei  
Maiestatem clarè videntes,  
inde humiliatum eundē, no-  
sconditum, & apud homines incognitum cen-  
nentes, vehementer obstupuerunt; ingentique  
desiderio, eundē hominib⁹ in honore & ven-  
ratiōne esse, cupiētes, mox omnes ad terras, si-  
Deus annuisset eū manifestaturi, descēdissent.  
Tunc æternus Pater oēs iussit facere (quod A-  
postolus aduertit) dicens: a Cūm iterum intro-  
ducit Primogenitum in orbem terrarum, dicit:  
Et adorent eum oēs Angeli eius: omnes, inquit,  
vt ne vnuſ desit. Quare omnes ē celo cum lum-  
ma reuerentia eum adorauerūt, ipſo infantu-  
lo id ē terra acceptante. Nam Seraphini amo-  
re licet inflammati, eum tamen aspiciētes fe-  
frigidos profitebantur, profundeque inclinati  
Deum suum agnoscebant: Cherubini scientia  
pleni, in huius infantuli conspectu ignoros se-  
judi-

a Heb. 1.6.



iudicantes, tremore magno adorabant, ac ut suum Dominum reuerebantur. Idem porro reliqui Angelici chori faciebant. Gaudeo, animoque toto exulto, O bonum omne meum, cum adorari te video ab Angelis tuis: simul & coleo in tanta te obliuione, apud homines, tamque incognitum esse: Ego autem, Domine, cum beatis illis spiritibus te humillime adoro, cupio que ex animo, vt omnes te homines cognoscant & adorent. Quod si ad hanc tuitoutiam hominibus adferendam, aliquid valeo. b Ecce ego, mitte me: alis enim, quas mihi ad iaconcedes, mox volabo; instarque Seraphinorum clamabo in mundo: b Sanctus, Sanctus, Sanctus es Deus exercituum: plena est omnis terra gloria tua: quāvis ea, humiliationis istius fumo, qua in spelunca ista te occultas, obscurata videatur.

b Isai. 6.9.

b 3.

TE

PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVM deinde, xternum Patrem, statim hanc filij sui Nativitatē Pastoribus, qui in vicinia Bethlehem super gregum suorum custodia vigilabant, per vnum Angelum (qui Gabriel fuisse creditur) reuelasse. is splendens indutus corpus, cælesti eos lumine circumfulgens, dixit. a Ecce Euān-  
gelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator, qui Christus Dominus in ciuitate David. Et hoc vobis signum: inuenietis Infantem paenit in uolum, & positum in praesepio.

a Lue. 2.10.

N 4 HIC



## I.

**H**ic primum perpende: noluisse Deum manifestare hoc mysterium, aut Angelum suum ad Sapientes bethlehemiticos mittere: sed quod illi essent superbi; nec ad diuites, diuicii ~~etiam~~ cupidos; nec nobiles, deliciis deditos: sed ad Pastores, pauperes, humiles, laboribus assuetos, & officio suo attendentes, & vigilantes. Tales enim dispositiones Deus in eis desiderat, quos mysteriorum suorum vult partipes facere: quod si me non facit: id ex auctiuis illarum qualitatibus defectu prouent. Propterea enim dixit ipse: b *Quia abscondisti haec mysteria & mirabilia fidei & veritatis a sapientibus & prudentibus, & reuelasti parvulis.*

## II.

**D**EINDE perpende: summi gaudij materiam & occasionem esse, quod *Saluator Noster Iesu Christus nascatur*. Non sibi nascitur, qui non indigebat salute; nec Angelis, quia non a eos salvandos venit: sed nascitur hominibus, & mihi: quia, ut saluet me, venit; mihi rascitur, circumciditur: & quidquid fecit & perpetratus est, mihi fecit: & quidquid in prelepiio illo geritur. totum in meum commodum dirigitur: ut peccata mihi condonet, ut virtutum amore inflammet, ut suis mediteat meritis. O Iesu Christus dulcissime, quod tibi doloris, id mihi materia est magni gaudij. Gaudet Deus, adeo te esse bonum, ut debitos mihi labores doloresque, in te suscipias: quod tu mihi gaudia communices. Ne, quanto sim ego infelix, ut, cum tu in com-

mune



mune omnium hominum bonum natus fæ-  
ris; ego ita vitam meam instituam, atque si S. Bernard.  
pro me natus non essem; qui alta superbè quæ-  
ram, humiliis tuæ abiectionis oblitus.

Serm 4. de  
Resurrect.

TERTIÒ perpende, signa ad Christum na-  
tum inueniendum, infantiam esse, fascias, pan-  
nos, & præsepe. O Dei infinita altitudo, quis  
vnquam cogitasset, res adeò viles, viam fore ac  
signa ad inueniendum & agnoscendum Deum  
tantæ Maiestatis! Verùm, quando huiusmodi  
vilibus tantoperè delectaris, ut te ipsum in il-  
lorum medio colloces, quò me ad eadem inui-  
tes: eādem quæsto operā me doce; signa, qui-  
bus te in anima mea spiritualiter natum intelli-  
gam, esse, infantis in vita innocentiam; silen-  
tium in lingua; paupertatem in habitu; humili-  
tatis affectum in vilissimis & abiectissimis  
terræ pro me eligendis. Imprime, Domine, o-  
mnia hæc signa in anima mea; quò tibi similis  
euadat; ideoque in eadem nasci, commorarique  
tibi complaceat.

## P V N C T V M. III.

CVM Angelus hæc pastoribus annuncia-  
set: Subito facta est cum eo multitudo  
militia cœlestis, laudantium Deum & di-  
centium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax  
hominibus bona voluntatis.

CONSIDERA hic, quis Angelos istos mit-  
tat, quem in finem, & quem hymnum cant-  
cumve concinant. Qui Angelos mittit, æter-  
nus est Pater: mittit autem eos, ut filium suū,

N 5 ipsius



ipsius amore tanto pere humiliatum, in honore apud homines esse faciat: semper enim cur illi fuit, filium, quoties se ille abjeciebat, exaltare: Item, ut Angeli exemplo suo docerent homines, quid in tali occasione eos facere par esset, in quorum usum Deus factus esset homo. Gratias tibi, æterne Pater, quod tam solitus sis in eo, qui se humiliat, exaltando: meritus quidem ille est honore affici, qui pro tuo honore se voluit humiliare. Cum itaque sic quum, & tu ita velis, ut illum ego laudem & honorem: doce me, quæso, hymnum illum Angelorum, eodem, quo illi, spiritu decantare.

### GLORIA IN EXCELSIS DEO.

HIS verbis nos Angeli docent, totum hoc opus Incarnationis, ita eminenter esse Dei gloriam, ut nullum reliquorum eius operum tantam atque hoc illi adferat: proprium quod meritè est ab omnibus laudandus, qui vita perfectionem profitentur. nam & in celo ipso propter illud nominatum glorificatur; estque iustissimum, idem ut fiat in a terra nostra, quæ propter illud ipsum mysterium plena est gloria Dei: quod ipsi Seraphini testati sunt apud Isaiam, cum huius Domini vidi gloriam. ORE X gloriae, trahe cor meum in excelsa; ut sicut te illic Angeli glorificant, ita ego nomen tuum glorificem in terra; & quicquid fecero dixerique, in tuam cedat gloriam; mea nunquam quæsita. Nunquam ex ore meo verbum hoc discedat: Gloria unius trinoque Deo: Glori-

a Isaia 6. 3.



ria Patri, & Filio, & Spiritui sancto: Patri gloria, qui filium suum mihi dedit; gloria Filio, qui reparandi me causa, homo factus est; Spiritui sancto gloria, de cuius amore opus hoc promanat.

## ET IN TERRA PAX.

ADVENTIT cum praecellentis hoc operis pax habitatoribus terrae, non limitata & qualisunque, sed plena. Est enim pax cum Deo, cum Angelis, & cuique secum, & cum ceteris hominibus: quia natus iste Salvator, reconciliationem adfert mundi cum Patre suo; veniam peccatorum; victoriam de aduersariis Dæmonibus; carnis spiritui subiectionem; voluntum inter se, & cum Deo coniunctionem & concordiam: ex qua promanat conscientia letitia, & b<sup>a</sup>pax illa, qua exuperat omnem sensum. b Phil. 4. 7.

O PRINCEPS pacis, de quo scriptum est: c O- rietur in diebus eius iustitia & abundantia pax c Psal. 71. 7.  
donec auferatur luna: humillime supplico, ut omnem mundi huius inconstitiam a me auferas; stabilias vero me sanctitate & pace diuina.

HOMINIBVS BONA E VO-  
luntatis.

PERPENDE hic pacem quidem a bona Dei voluntate, qua in nos ipse propendet, quamq; omnib. offert, originem ducere: re ipsa tamē ea non frui, nisi eos qui & ipsi bonae sint voluntatis, recta intentione affectae, Deo coniunctae, eusque legi subiectae. Non itaque promittitur pax hominibus, qd boni sint iudicij, acuti ingenij,

virium

virium robustarum; quod insignia alia habent talenta, naturaliaque huiusmodi ornamenti: nam cum his omnibus pugnæ magnæ, discordiæ, & à Deo auersiones possunt esse coniunctæ: & quamvis illa absint, modò voluntas bona non desit, pax illa aderit: quare eius, quæm reliquorum, maiorem habere oportet rationem. Nihil enim (S. Gregorio teste) ditius est bona voluntate: ideoque nihil amabilius, nihil pacificum magis: sicut è contra, nihil misericordius, magis turbatum, aut horrendum est quæ voluntas mala. Quare magno feroore ab hoc nato Domino efflagitandum est, ut à malis me liberet; donet verò bonam, quæ verè ipius est donum, quod distinctius alia lectio indicat, dicens: *Hominibus bona voluntas.* O SALVATOR dulcissime, da mihi, quam omnibus offers, voluntatem bonam, quod propriâ abnegata, tuam

d Rom. 12.2. amplectar d bonam, beneplacentem, & perfidam, illa enim verè est omnium bonorum origo; mea verò, si sibi ipsi relinquatur, omenum est malorum initium.

## P V N C T V M IV.

**P**os t breuem apud Pastores moram, Angelicælum repetierunt: piè tamen credi potest, eos locum Nativitatis non prætermisso, sed sine præceptibili strepitu eò divertentes, idem Canticum renouasse ita, vt B. Virgo & S. Joseph illud perciperent; adoratoque recens nato infantulo, tanquam Deo &

Rept.

M  
P. DE P  
R. F. S. I.

Homil. 5. in  
Euang.

Rege suo, ascendiisse. O quantam animi lætitia  
musica illa angelica B. Virginis attulit! & quām  
se æterno Patri gratam exhibuit, ob delatum  
filio suo hunc honorem! quanto exultauit gau-  
dio ex tanti exercitus angelici conspectu! quām  
est in fide confirmata, dum reuocat in memo-  
riam quod scriptum est: *a Et adorent eius omnes  
Angeli eius.* Ego, Deus meus, te vñā cum illis  
adoro, occinoq; gloriam etiam in isto tuo præ-  
sepio, cupiens ab vniuerso orbe intra Ecclesiam  
tuam decantari, quō ab omnibus in secula glo-  
rificeris, Amen.

*a Psal. 96. 8.  
Hebr. 1. 6.*

## MEDITATIO XIX.

DE ACCESSV PASTORVM AD  
Bethlehem, & iis quæ illis ibi accide-  
runt, & aliis usque ad cir-  
cuncisionem.

## PUNCTVM I.

**E**t factum a est: ne discesserunt ab eis Angeli in cœlum,  
pastores loquebantur ad in-  
uicem: Transeamus usque  
Bethlehem, & videamus hoc  
verbum, quod factum est,  
quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt fe-  
stinantes, usque ad locum, ubi Infans erat.

*a Lue. 2. 15*

PER

## I.

b *Ezech 1.12*  
c 3.13.

PERPENDAM hic primum: Pastores nostra  
didiisse obliuioni reuelationem angelorum; sed  
mutuâ se charitate ad profectionem illam huius  
exhortatos. neq; enim inspirationum huiusmodi  
& mandatorum Dei obliuisci nos decet: sed  
exequi, verbis exemplisq; ad id nos inuicem ex-  
hortates, quatuor illorum animalium in staro, quod b  
spiritus impetum sequentia, alis se c altera ad al-  
teram percutiebant, quasi inuicem se, ad spiri-  
tum maiori feroore sequendum, prouocarent.

## II.

DEIN DE, exactâ pastores seruasse obedien-  
tiam. Nam, et si Angelus non expressè iussit eos  
ire Bethlehem, satis sibi existimatur, insinuari  
esse gratum Deo fore, si accedereont: quia in eu-  
fi. ē mysterium reuelatum iudicabant. Perfecte  
enim obedienti, quæcunq; diuinæ voluntatis in-  
suffratio sufficit, ut eā exequi procuret, licet ei  
cansâ proprios greges, (quod Pastores illi fecer-  
unt) & quæcunq; alia dimittere, sit necesse.

## III.

TERTIO, easdem feroorem magnū adhibuisse  
ut q; Deo gratū esse cognouerant, exequeren-  
tur: id. n. significat q; additur: Venerunt festina-  
tes, moti videlicet spiritu diuino; & quod An-  
gelus annunciauerit Verbum Dei æternum pro-  
nobis caro factū, videre cupientes. Quis feru-  
dignos illos fecit, quod Angelus ad locū deduc-  
eret, & inueni: ēt q; quærebāt. Utinā daretur,  
eā obedientiā, feruentemq; diligentia horum  
pastorum imitari, in quærendo & inueniendo  
Saluatorem. O supreme PASTOR, cuius oves  
reliqui sunt pastores, ostende mihi locum, dvs  
bi pascas, vbi cubes sanctissimæ nativitatis tue

d *Cant. 1.7.*

rem.



tempore, quō te & quāram, & inueniam ita, ut etiam agnolcam & amem in sēcula, Amen.

## PVNCTVM II.

**E**T intrantes inuenierunt Mariam, & Ioseph, & Infantem positum in praesepio.

PERPENDENDVM hic est, quid Pastores fecerint, cūm, quod quārebant, inuenierunt.

PRIMVM. n. fas est credere, ipsis locū ingredientib. processisse ex sanctissimi Infantis vultu splendorē & clarissimā lucē, quæ eorū mentē penetrās, manifestauit: Infantem illum, verum Deum & hominem esse, mundi Saluatorem, & Messiā in lege promissum: quod ipsi fide viuā credentes, eiusdē amore inflammati, humi prostrati, summā eum reverentiā adorauerūt; gratias pro aduentu isto in mundū egerunt; atq; vt populi Israel misert⁹, pergeret porrò inceptū redēptionis op⁹ ad finem perducere, suppli- carunt: sese verò ad omnia obsequia præstanta verbis piis & humilibus obtulerunt. Est verò fas credere, aliquid eos, ex paupertate sua, infāti obtulisse, reuocante ipso infante, inspiratio- ne sua, illis in memoriam, illud Deuteron. a Nō apparebis vacuus ante Dominum, sed quo puta- mus affectu illud obtulerint! quo amore infans illud acceptauerit! quām propterea copiosa illis, gratiæ suæ dona impertiuerit; ne vacui ab ipso recederent! Credibile est, etiam B. Virginem gratias illis egisse; ipsos verò, insignem, quæ in ea elucebat, sanctitatem admiratores; magnā reverentiā eam alloquentes, quæcunq; cum Angelis sibi eueniissent, enarrasse:

quod

a Deuter. 16

17.

I.

II.



quod ipsum magna lætitia B. Virginem proculdubio affecit, propter filij sui gloriam. O IESU dulcissime, cum sanctis his pastoribus te adoro, cupiens eadem, qua ipsi, deuotione id facere. Ne autem vacuus accedam, cor meum, eiusque libertatem, & quicquid habeo totum tibi offero; ac supplico, ne vacuum est conspectu tuo me abire patiaris; sed gratia tua me repleas qua tibi fideliter hic seruiens, aeternam confequar vitam, Amen.

## PUNCTVM III.

**E**T treuersi sunt pastores glorificantes & laudantes Deum in omnibus, que audierant & viderant: quæ omnibus occurrenti narrabant: & omnes, qui audierunt mirati sunt. Maria autem conseruabat omnia verba huc conferens in corde suo. Operæ pretium hic erant quatuor hominum genera, qui in Bethlehem & eius confiniis tunc fuerunt: & rationem, quæ singuli circa hoc Natalis filij Dei mysterium se habuerunt, considerare: utrumque ad meum proprium commodum applicando.

**L**QVIDAM ergo in Bethlehem quidem erant; sed ad speluncam siue præsepe Christi, etiam auditis, quæ pastores narrabant, ac de illis admirantes, non legimus eorum aliquem motum fuisse, ut accederet & videret: variis forte occupationibus & negotiis absorptos: sicut & nunc sunt plurimi, qui ut aliis, quæ passato magis arrident, attendant, aut omnino

non



non, aut certe segniter ad eadem mysteria consideranda accedunt.

ALII casu, & transeuntes speluncam illam ingrediebantur; sed neq; infantem neque eius matrem agnoscebant; nec aliud ibi, quam externam rerum faciem affidentes, praeteribant. Tales illi centendi sunt, qui fide mortuâ his mysteriis assistunt; nihil vltra solicii, quid in eis continetur: Ideoq; nullum ex eis fructum referunt.

ALIII rursus, sicut pastores à Deo excitati locum ingredi, fide viua infantem agnouerunt, adorarunt, ac fructus magnos retulerunt: non tamen in loco remanerunt; sed ad munia sua, Deum laudantes, & magnalia eius praedicantes, sunt reuersi. Tales illi sunt iusti, qui certis temporibus, horum mysteriorum considerationi & contemplationi insistunt: & inde ad munia sua & obligationes, cum lucro redeunt, praedicantes, quæ de Deo agnouerunt; aliosque, ad eundem querendum & agnoscendum, extimulantes.

ALIVI deniq; vt B. Virgo & S. Ioseph, manserunt semper in spelunca ad præsepe, infantulo assistentes, & amore magno ei seruientes; memoria retinentes, & in cordibus suis, quæcunque videbant & audiebant, conferentes. O quas collationes de his omnibus B. Virgo fecerit! conferebat procul dubio, ea quæ Deus in cœlo, cū iis, quæ infans habebat in terra; quod Prophetæ dixerant, cum iis, quæ ipsa oculis usurpabat: quæ Angelus pastoresque rerule

II. Part. Medit.

O

rant,

II.

III.

IV.



rant, cum eo quod in præsepio coram se habebat: nec sterilis hæc erat conferentia; sed omnino tenera, & admiratione, feruentibusque deuotionis affectibus plenissima: Et in his considerandis, & expectandis, octo integros dies, usq; ad circumcisio[n]em, expendit. Hanc autem Virginem illi censendi sunt imitari, qui dies aliquot in his mysteriis contemplandis ponunt omnia, que ad ea spectant, conferentes in cordibus suis. Felices qui hoc modo possunt & nouerunt infanti huic circa præsepiū assistere! O Virgo sanctissima, doce me conferre in corde, quæcunq; me fides docet de filio tuo, quæq; tu in corde tuo de eo conferebas: ut cibæ benè cordi meo insculptis, ab eius presentia nunquā recedā; sed me tōtū ei cognoscendo, amando, seruiendo impendā in sœcula, Amen.

*In Meditatione XXVI. aliis modis ponere, hoc mysterium meditandi.*

#### MEDITATIO XX.

#### DE INFANTIS IESV Circuncisione.

##### PVNCTVM. I.

ONSIDERANDVM hic primum accedente die ab ipso Natalio o[ctauo], statuisse B. Virginem, & S. Iosephum, infantem iuxta a legem, quæ id faciendi præcepit parentibus imponebat, circumcidere. PERBENDE ergo primum, exactam B. Virg. san-

dij

S. Thom 3.  
P. 1. 37. q. 1.

a Lemit. 12.3

I.



Etq; Iosephi circa hoc præceptum, obediens: qui etiam si non ignorarent, eius execu-  
tionem infantulo, quem tenerrimè diligebat, dolorem ac pœnam allaturam; non id tamen  
eos retardauit, quò minus Dei voluntatē præ-  
ferrent. Quare B. ipsa Virgo (si opus fuisset) nō  
dubitasset, propriis manibus ariepeto cultel-  
lo, sicut b Sephora illa, proprium filium circū-  
cidere. Nec desunt, qui dicant, ipsam B. Virgi-  
nem circumcisionem peregisse; licet alij S. Iosepho  
eam tribuant. Illud certum est: ut runq;  
promptum fuisse ad id præstandum, quod Deo  
gratissimum fore intelligerent.

b Exo 4.25.

DE IN DB, B. Virginis charitatē & pietatem  
perpende, quæ omni dubio procul, huic actio-  
ni præsens interfuit: tum vt filiū foueret eius-  
que vulneri, quem tantoperē diligebat. mede-  
retur: tū vt preciosissimū, qui efflueret, sanguinem,  
& ipsum præputium conseruaret: sciens,  
sanguis ē esse Dei, immensiq; valoris. O quan-  
ta pietate & reuerentiā illum in pectore suo  
seruarit! quā blanda cum ipso sanguine collo  
quia miscuerit! quomodo eius intuitu ab æter-  
no Patre, vt mundo parceret, obsecrarit! imò  
addidisse credibile est, vt si possibile esset, hac  
sanguinis effusione. quæ tanti valoris erat, cō-  
tentus esset. Cū Spiritu etiā sancto, cuius erat  
spōsa, colloquia alia miscebat, verbis vtēs Se-  
phoræ, quæ, cū filio suo in diuersorio existens,  
dixerat Moysi: O Spiritus sanct. c quomodo mi-  
hi sponsus sanguinem es! dum filij mei sanguinem  
vis effundi. quo sacri eius pedes perfundantur.

II.

c Exo. 4.26

O

Nec

Nec tamen propterea te deseram, sicut illa  
Moysen dimisit: quia voluntatem tuam mez  
in omnibus præfero, etiam cum eo nomine  
propriū meum sanguinē effundere oporteret.

## III.

**A L I V N D E** tamen, dolor & compassio  
ip̄sus B. Virginis viscera penetrabat, cum fi-  
lium talia patientem cerneret! flebat cum fete,  
& maximē ob fletus illius causam, dixit  
tunc in corde suo: O culpa originalis, quam  
stas carē filio meo! O Adami terreni lapsus,  
quām es amarus cœlesti! O Virgo beata, si  
mihi daretur te in fletu isto comitari, ac pro  
meis sceleribus flere, quō eorum veniam, vir-  
tute sanguinis filij tui, impetrarem!

## P V N C T V M II.

**C O N S I D E R A N D I** deinde sūt heroici vir-  
tutū act°, quos in Circūcisione sua Christus  
ipse edidit: neq; enim solūm dolorē, ut alij in-  
fantes, rationis v̄su carentes, tolerabat, sed em-  
mios virtutum actus edebat. **P R I M U M O N-**  
**D I E N T I A B**, q̄ legi præstítit. Nā ergo tanquā  
Deus, supremusq; Legislator, potuisset secum  
in ea lege dispensare, ad q̄ sufficiens non de-  
fuisset causa; aut certē in ea dispensandi nulla  
fuisset necessitas q̄ ea lex nullo modo eum 2-  
stringeret; vt qui sine viri opera, & abīque vilis  
originalis culpæ debito conceptus esset: vo-  
luit tamen sponte sua præcepto illi, etiam si  
spero & pœnali, parere, simulq; protestari, in  
vniuersam vterē legē seruaturum. Nam Apo-  
stolus, a testificor (ait) omni homini circumcidan-  
te, auonā debitor est vniuersa legis facienda vni-  
fi valde

a Gal. 3.5.



si valde illa esset grauis: Quare adorandus & benedictus hic infans, cum circumcidisti voluit, ad totū illud legis pondus ferendū se obrulit.

b Legē ipsam totā in medio cordis sui reponens, b Psal. 39. 9

vt per Regiū Prophetam ipsemet dixit. O anima mea, cur te non promptam offers, ad suaue Nouæ & Gratia legis onus & iugum ferendū, cūm Christus, ad grauissimū & intolerabile Veteris portandum, tui causa se offerat? Si is, etiā difficultima, & ad quæ omnino non tenebatur, tui causa amplectitur: cur tu facilia, quæ ipse iubet, refugis? Ignosce Domine, inobedientiæ meæ: & iuua, tuum sequi exemplum, in lege tua custodienda, sicut ipse custodisti.

HVMILITATIS deinde insignem edidit actum: Nam infans hic cum non posset se peccatorem reputare, vt qui nec esset, nec reipsa vlo modo talis esse posset: voluit tamen talis haberi, cum se Circuncisioni subiecit: quæ peccatorum infantum indicium erat: vt ita quicquid circuncidi eum videret, peccatorem esse reputaret. Quo ruborem nobis iniicit: qui, cum reipsa peccatores sumus, videritamen nolumus, sed iustorum operimenta querimus, Quare, anima mea, cum te veritas humiliet, quæ reipsa peccatrix es: humiliet & charitas, vt, quæ ob scelerata humilatione te dignam judicas, optes, exemplo tui Domini, humiliari: etiam si innocens omnino es.

TERTIUS, PATIENTIAM insigniter exercevit. Nam infantes ceteri, rationis vsu carentes, circumcisionem non timent: nec cultrum, aut

II.

S Bern ser.  
24. in Can.

III.

O 3 eius



eius vlnus & ictum sentiūt, donec re ipsa infligatur; sed infans hic innocentissimus, vt qui iudicij vnu vir esset perfectus, quid sibi immineret nouerat, & cultri vuln<sup>o</sup> naturaliter per timescebat: sed ita nihilominus quietus immotusq; mansit, atq; si nihil tale nouisset: & cum ictum accepit, et si, vt infans, plorauit (attulit enim illi intensum dolorem ob tenerā complexioñē) in corde tamen exultauit potius, ob sanguinē tanto suo dolore effusum, complacens sibi in eo, quod æterni Patris voluntatem, ad utilitatem nostram impleret.

## IV.

QVARTÒ, ardentissimam exercuit CHARITATEM, dum tantillum illum sanguinetan: o amore fudit; vt, si fuisset ē re nostra, tū statim effudisset: sicut, si expeditus, plur. & acerbiora tunc vulnera excipere; prompsit ad ea excipienda, ob Patris amorem, nostrāque commodum obtulisset. O Charitas immensa! o patientia inuicta! o humilitas profunda, & exactissima Redemptoris mei obedientia! o virtutes altissimae quibus facer dotalis texitur vestis: preciosior illa multo, c ex hyacinto & purpura, cocoq; bītūcto & byssō retorta. O Sacerdos summe qui hanc hodie vestem induisti, d vt Sacrifium offerres Matutinum; quam eriam indue in ipsa cruce, vt offeras Vespertinum, indu me, oro Domine, alia simili, quo & ecce p<sup>o</sup> & animam exhibeam hostiam viuentem, sanctam, Maiestati tux<sup>o</sup> beneplacentem. Eubesco, Domine, quatuor his virtutibus me nūdam

c Exo. 39. 2.

d Exod. 29.

41.

Num 28.8.

e Rom. 12.1.



dum & vacuū cernens: Iuuia me gratia tua, vt  
eas induens, f<sup>u</sup>nuditatē meam operiam, Amen.

f Apoc. 3.18.

## P V N C T V M III.

**T**ERTIÒ pergendo vltierius intelligam,  
Christum, sūx corporalis circumcisio-  
nis exemplo, spiritualem a *circuncisio-*  
*nem* à me exigere: docet enim hortaturque, vt  
superflua in me omnia, delicias, honores &  
reliqua carnis commoda circuncidam & ab-  
scindam; vitia & inordinatos affectus morti-  
ficem; quō Dei legi satisfaciā, etiamsi ad hoc,  
sanguinem fundere sit necesse: hac enim ratio-  
ne spiritū obtineri, dixit quidam Sanctus  
(teste S. Dorotheo) singulari illa sententia:

a Rom. 2.29

b Da sanguinem. & accipe spiritum: Spiritus e-  
nim perfectio sine sanguine non acquiritur:  
mortificatis nimirum ac nimirum ac circumci-  
sis omnibus carnis & sanguinis affectionibus.

b Serm. 10.

**D**E B E O præterea æquo animo accipere, quo  
alij me circumcidant, iuuentque; exuere super  
flua mea; siue id rectā siue minus rectā inten-  
tione faciant, vt scilicet iniuriā aliquā mē af-  
ficiant; siue honorem, siue commoditates alias  
auferant, etiam usque ad sanguinem. Siquidem  
(Apostolo teste) non magnum quid præstare  
censemus est, c qui nondum usque ad sanguin-  
em restitit, aduersus peccatum repugnans:

c Hebr. 12.4

d Exo. 4.25

Quare Christo, qui suo nos ad id inuitat exē-  
plo, illud dicere licet: d *Sponsus sanguinis tu*  
*mihis*: quia tui gratia libenter quācunque ad-  
uenientem circumcisionem & mortificatio-  
nem feram, etiam usque ad sanguinem.

## II.

O 4 AD



## III.

AD hæc, iuuerit considerare, tribus in locis Christum Dominum, & apud tria hominum genera, sanguinem suum sudisse. PRIMVM, in Circuncisione manu ministri Dei, qui sancta intentione eius effudit sanguinem. DEINDE, in horroto, per se ipsum, consideratione instantis sibi passionis, quæ sanguinem sudare ipsum coegerit. TERTIO, apud Pilatum, & in Caluario monte, carnificum & Sathanæ ministerorum manibus: ut ex his discam, ad sanguinem meum dandum, & quiduis tribus his modis & occasionibus patiendum, paratu me esse debere. PRIMVM meipsam ministeriorum Dei iussis ita subiiciendo, ut libere circumcidant & scindant, etiam quæ mihi sunt charissima. DEDINE, meipsum vindicem & ultorem mei ipsius constituendo, in pœnitentia & mortificationis operibus, carnis castigatione, & eorum spoliatione atq; abiectione, quæ in diuino obsequio mihi sunt impedimentoa, licet in his dolo ferre oporteat. DENIQUE dolores & incommoda quæq; ferendo, à meis aduersariis iniquè illata. O IESV, per sanguinem illum tribus occasionibus à te effusum supplico, excita cor meum, ut promptum se offerat, vbiunque similes occurrant occisiones, ad proprium effundendum: nam etsi plurima habeat meritò circuncidenda, à proprio tamen amore, ne manum admoueat, impeditur: tu ergo, Domine, tuam adhibe, circuncide, & rem ita dispone, ut & alijs circumcidant: nequid in ipso superflui remaneat,

quod



quod diuinæ tuæ maiestati dispiceat.

*De effusione sanguinis in Circumcisione construi & alia potest meditatio eo modo, quo in 4. Parte Meditatione 23. fiet circa sanguinem ab eodem Christo Domino in Passione effusum.*

## MEDITATIO XXI.

## DE NOMINIS IESV IMPositione.

## PUNCTVM I.

**O**N SIDERANDVM circa nomen IESV, quis illud imponat, quam ob causam, & quomo- do ipse illud acceptet. PRIMVM perpende, primarium huius nominis auctorem, nec B Virginem, nec Angelum, sed æternū Patrem fuisse. Tanta est enim Infantis huius dignitas, ut creatura nulla siue terrena, siue cœlestis, per seipsum potuerit aptum ei nomen imponere: sed ille solus, qui eum nouit; & finem, ob quem homo siebat; & officium, quod, quā homo, erat obiturus: ac propterea cùm alia multa imponere potius- set, hoc elegit, quod Saluator interpretatur: cùm enim ad nos saluādos veniret; & hoc eius esset officium: aptissimum erat nomen, quod ei imponeretur. Licet autem aliqui alij eo nomine fuerint compellati, id tamen fuit fi-

O s gura



gura tantum & umbra celsissimi huius Infantis, qui ore pleno & eminenter Iesus mereatur vocari, & Saluator seu Liberator, non corporum tantum sed etiam animarum: quod ipse triplici admiranda excellentia praestat.

## I.

PRIMA excellentia est, quod ab omni malorum genere nos liberet; ab ignorantia, erroribus, culpis, peccatis temporalibus & æternis; nullum est enim malum, à quo Saluator hic non possit nos liberare.

## II.

SECUNDA quod non solum à malis liberet, sed eximia quoque impertiat bona; quod salutatio nostra & copiosa sit, & perfectissima. Quare gratiam, sapientiam coelestem, virtutes ac dona Spiritus sancti, mortorum abundantiam, ad gloriae coronam consequendam impertitur: donec in Promissionis terram introducat, non illam Iesu Nauibus lacte & melle deliciarum temporalium, quibus corpustantum reficitur, manantem; sed eam, quæ lacte & melle æternarum deliciarum manat, quibus anima reficitur & satiatur æternum.

## III.

TERTIA excellentia in modo Salvationis est posita, cuius causâ nomen hoc Iesu nec soli Deo, nec homini, aut Angelo, aut alicui ex omnibus creatis conuenire potest sed Christo soli, cuius propterea proprium est, quod similiter Deus verus & homo. Solus enim homo poterat nos saluare: Deus solus potuisset quidem; sed merita misericordia: at Deus & homo, saluat etiam de rigore iustitiae. b in gladio

a Deut. 31.  
20.23.

b Gen. 48.  
22.

& atra



& arcu suo ; meritis scilicet suis de manu Amorphae Saluationem, iuxta nominis IESV ethymologiam, nobis promerendo. Et idcō interrogatus hic Dominus, quis esset: respondit: c Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum c Isai. 63. 1 ad saluandum. Sit fœlix faustumque, dulcissime IESV, nomen adcō gloriosum, quod, Patre tuo iubente, hodie tibi imponitur : gaudeo quod illud non sit in te inane & vmbatile, quale habuerunt alij; sed rei veritate & omni perfectione plenum. Gaude, anima mea, ob eximij huius Salvatoris excellentiam: & cum Propheta regio dic: d Ego autem in Domino gaudebo; & exultabo in Deo IESV meo, & Salvatore meo. DEVS Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos, quasi cerorum: quibus peccata me insequentia euadam; & super excelsa deducet me victor, cum sanctis scit. suis in cœlum, in hymnis & psalmis canentem. Amen.

Si D attendendum hic est; B. Virginem nomen ipsum, filio suo in Circumcisione impo- nendum, aperuisse: quæ omnium mortalium optimè filij excellētias nouerat: quas in corde suo, postquam Angelus ei reuelauerat, ruminans conferebat. Quare hoc die summā reuerentia nomen illud ore suo protulit, di- cens: IESVS erit nomen tuum. sed quanta in dulcissimo hoc nomine primū proferendo animi eius lætitia! Nec tamen sola, sed & sanctus Ioseph, & quotquot aderant, eo nomi- ne auditio, suavitatem & cœlestem quandam

fra-

## IV.

E

d Hab. 3. 18.



Cant. 1.3.

fragrantiam percepunt. Nam tunc illud Canticum cœpit impleri : e Oleum, & suauissimi odoris vnguentum, effusum nomen tuum: ideo adolescentula dilexerunt te. Hactenus nomen hoc, et si suauissimum, nullum emittebat odorem, eò quod inclusum esset: nunc manifestum, suauissimam spargens fragrantiam, lætitificat, confortat, & ad se puras castaque animas trahit, quæ illud vel audient, vel proferunt: eiusdemque amore exardescunt. Præ cæteris porrò beatissima eius mater, quod purior ac mundior, nominisque huius altissimorum mysteriorum gnara magis, eò altiori gudio perfusa, Canticum illud suum repetebat: d *Magnificat anima mea Dominum*, & exultauit spiritus meus in Deo I E S U, salutari meo: quia fecit in me magna qui potest est, & sanctum nomen eius. O Virgo B. imprimat dulcissimus filius tuus cordi meo, Augustissimi huius nominis sui debitam estimacionem & amorem, sicut impressit tuo. O nomen suauissimum effunde in me cælestem fragrantiam, quod debilis, infirma, ac misera anima mea confortata, & à miserijs, quæ illam premunt, liberetur, & tam copiosæ salvationis fructus percipiat.

DE M V M perpende, qua ratione Infans sanctissimus, nomen hoc Saluatorisque officium acceptauerit, & in eo exultauerit: & porrò Patri suo, voluptate summa, obtulerit, se homini nominishonorem, vsque ad mortem, propugnaturum; & quidquid eo significatur, in homi-

M  
P. DE P  
R F A

d Luc. 1.46.

hominum commodum plenissimè impleturum. Gratias tibi, IESVS bone, summas ago, pro hac tua nos saluandi accensa voluntate; & officio nomineque IESVS & Saluatoris acceptato. Imple, quæso Domine, in me efficaciter voluntatem illam: ut qui verè es IESVS, mihi IESVS sis & Saluator.

## PUNCTVM II.

**P**ERPENDENDAE secundò loco sunt causæ, cur octavo die, & in Circumcisione hoc enim nomen fuerit impostum. Nam, et si ante Incarnationem Angelus illud B. Virginis aperuit, & post eam etiam S. Iosepho, ob duas rāmen præcipuas causas non fuit ante ipsam Circumcisionem manifestatum.

**P R I M A**, propter Infantis ipsius honorem. Cum enim Pater adeò illum videret humiliatum, & in forma peccatoris, voluit eo ipso tempore, & occasione cùdem exaltare, imposto ei a IESVS nomine, quod est super omne a LUC. 2. 21.  
nomen; ut sic maximè constaret, cum non modò peccatum nō habere; sed b peccatores patiūs b MATT. 1. 31.  
saluare; ac condonare peccata. Hoc meritò me impellit, ad gratias æterno Patri agendas, ob delatum hunc filio suo honorem, ipsius an ore humiliatio: quo mihi etiam pignus certum & arrabonem offert, fore, vt, si ipsius gratia me humiliauero, ab ipso exalter; recipiamq; c nomen nouum ita honorificum, vt nemo, ante quam recipiat, illud nouerit estimare, aut eius

L.

c APOC. 2. 17.



eius præstantiam, donec illud Deus in æterni gloria communicet.

## II.

*d Heb. 9.22.*

SECUNDA causa fuit, ut ostenderetur, & nomen, & officium Saluatoris, sanguinis effusione ab ipso velut comparari. *d sine sanguinis enim effusione* (ait Apostolus) *non fit remissio peccatorum.* Quare dulcissimus IESVS, dum Redemptoris nomen assumit, arham dat pretij, quod pro Redemptione futura sit solutus, parvam illam pretiosi sui sanguinis portionem, quem in Circumcisione effundit: simul statuens, integrum postea premium in passione, toto effuso sanguine, persolutum. Quamuis vel hec ipsa sanguinis eius portio sufficeret, pro totius mundi, & mille aliorum, si essent, redemptrione: quia sanguis est Dei. Sed eius tanta est charitas & liberalitas, ut totum voluerit effundere. Ideoque instrumentis omnibus quæ ad sanguinem extrahendum apti sunt in terra, locum dedit, ut quidquid in eius fuit corpore, magno licet dolore ignominiae sua exhairent. & culter quidem hodie primum sanguinis fontem aperuit: qui mortuus tamen fuit occlusus: reliqua ut flagella, spiræ, clavi, lancea, alios postea fontes aperuerunt, qui non prius sunt clausi, quam sanguis totus exhairetur. O Saluator fortissime, cuius fontes, et si sanguinem magno tuo dolore manent; sunt tamen etiam aquæ viuæ ingentium gratiarum, quæ cum exultatione magna & amore accipi debent. Laudete, Domine, anima mea pro infinita hac charitate, qua fon-

*I. sa. 12. 3.*



tes istos tuos aperiens , iubes , me cum exultatione accedere , & frui pretio , quod tanto tuo effundis labore . O anima mea , quid par est praestare te salutis tuae causam , pro qua tanta facit ipse Salvator . Si ille sanguinem suum pro ea fundit : quid mirum si & tu effundas proprium ? Ecce me , Domine , ad meum amoris tui gratiam effundendum , paramus ; si tui , pro me effusi , feceris participem . Amen .

## PUNCTVM III.

**T**ERTIUS , dulcissimi huius nominis excellentiae sunt expendenda ; & comoda , quae ex illo nobis proueniunt ; modusque & ratio huiusmodi commoda fructusque ex eo percipiendi . Prius tamen quam ipsam considerationem aggrediar , rogandus mihi est ipse Pater aeternus , ut propter sanctissimi huius nominis gloriam , diuinam suam lucem , ad huius nominis excellentias sequendas , mihi velit impetrare . Si enim (Apostolo teste ) *a* Nemo potest dicere : Dominus *a Cor. 12.* Iesus nisi in Spiritu sancto : quis estimare , *3.* ac in se sufficiet sentire , quae in eodem nomine latent , nisi ab eodem Spiritu praeueniatur & adiuuetur .

**H**is promissis , illud in primis perpendam : Nomen hoc Iesus compendium quoddam & monumentum esse omnium , quae in Christo Domino nostro continentur , excellentiarum ,

quae

I.

quæ ad tria velut capita referri possunt. Ester  
nim PRIMVM, omnium perfectionum, quæ  
ei, quæ Deus est, conueniunt, summa: omnium  
DEINDE gratiarum ac virtutum; quæ ei-  
dem, quæ homo est, competit: ac DEMVN  
officiorum omniū, quæ, quæ Deus & homo si-  
mul est, erga homines præstat. Iure itaque li-  
cebit, sic ratiocinari. Si IESVS est, est igitur in-  
finitè bonus, sanctus, sapiens, omnipotens, mi-  
sericors, & ipsa bonitas, sanctitas, & sapientia  
Dei: hæc enim omnia sunt necessaria ut no-  
mini IESVS satisfiat: b qui (vt Apostol. ait) fa-  
ctus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & san-  
ctificatio, & redemptio. Item: Si est IESVS: illi  
igitur summè humilis, mansuetus, patiens,  
fortis, modestus, obediens, charitate plenus;  
quia omnium harum virtutum exemplar no-  
bis esse debet: quia d de plenitudine eius nos  
omnes accepimus, accipientque omnes, gra-  
tias & virtutes, quibus saluentur. Denique si  
IESVS est, erit igitur magister, medicus, pa-  
ter, iudex, pastor, protector, & adiutor noster:  
Itaque in solo Iesu habemus omnia: ideo-  
que dicere licet: IESVS meus & omnia. si infir-  
mor, tu salus mea es; si esurio, tu satietas mea;  
si pauper, tu abundantia mea; si debilis, tu for-  
titudo mea; si ignorans, tu sapientia mea; si  
peccator, tu iustitia, sanctificatio, & redem-  
ptio mea es. O IESVS meus & omnia, concedo  
mihi, te super omnia aware; & in te solo re-  
quiem meam, & satietatem perfectam quere-  
re: in te siquidem uno simul sunt omnia, quæ

b 1 Cor. 1.  
30.

d Ioan. 1.16.

S. Amb. lib.  
de Virgin.  
ad finem.



satiare me possunt: quia Iesus unicum, summum, & totum bonum meum, cui sit honor & gloria per omnia secula. Amen.

HINC etiam ratiocinari possum: in dulcissimo hoc nomine, illa omnia gloriofa & magnifica contineri, quibus Prophetæ Messiam compellant, quæ refert Isaías dicens: *e Et vo. e Isai. 9.6.*  
*cabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis.*  
 Expendam verò: DEI nomen, ideo IESV ipsi conuenire; quod, nisi Deus esset, nos redimere non valeret; nomen FORTIS, illi propterea tribui; quod pugnaturus victurusq; sit Dæmones; non ADMIRABILIS; quodque cuncte sunt in ipso, Incarnatio, vita, mors, ut noua, ita stupenda fuerunt. Est verò & CONSILIARIVS, magnique consilij Angelus; quia tota eius doctrina, admirandi est consilij plena. Est etiam Iesus PATER FUTURI SECVLI; quia in statum gratiæ nos generat, gloriæque hæreditatem nobis tribuit. Est deniq; PRINCEPS PACIS; quia cum Deo & alijs hominibus copiosâ nos pace conciliat. O MAGNE IESV, quam aptè horum nominum splendor tibi competit: quæ quoniam in te non inania, sed plena sunt, perfice, quæso, in meid, quod hæc omnia, significant: quod & ego ob prouenientem tibi ex eis gloriam semper te laudem & glorificem. Amen.

HINC facile gradum faciam, ad bona, & utilitates, quas in dulcissimo IESV nominis repositas habeo, perpendendas. Est enim unicum

II. Part. Medit.

P

mihi

II.

III.



mihi ac certum ad peccatorum veniam  
obtinendam medium; est optimus titulus ob-  
quem in meis orationibus exaudiar; est agri-  
tudinum omnium spiritualium antidotū pa-  
sentissimum; est defensuum & offensuum te-  
lum aduersus omnes dæmonum tentationes;  
est in periculis omnibus protectio; est in meis  
ignorantijs lux, & dux fidelis; est & mihi vir-  
tutum omnium exemplar; ac denique ignis &  
stimulus, qui me ad eas procurandas urget at-  
que inflamat.

H: s considerationibus magnum in me de-  
siderium excitabo, fixum in memoria mea in  
Etissimum hoc nomen retinendi, ut eius sem-  
per recorder. in intelligentia, vt de eo cog-  
tem; in voluntate, vt amem; in corde insul-  
ptum, vt mihi coniunctum habens, eo me ob-  
lectem; in lingua, vt frequenter laudem ac be-  
nedicam; cuiusque excellentias cum volupate  
manifestem; & initio & fine sermonū & col-  
loquiorum meorum, summa, qua potero, in-  
terna & externa reverentia usurpem; quando  
f Phil. 2.10. quidem (Apostolo teste) f In nomine I E S V  
omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium &  
infernorum: nam & iij. qui in Inferno devi-  
nentur, etiamsi iuici, coguntur tamen reue-  
rentiam huic nomini exhibere. O dulcissime  
I E S V , esto mihi in omnibus animæ meæ po-  
tentij I E S V s, officium I E S V Saluatoris in  
eis exercens, quod & illæ se exerceant in omni-  
bus, quæ tuum concernunt honorem, in seculo  
la. Amen.

MEDI



## MEDITATIO XXII.

**DE MAGORVM REGVM**  
*ab Oriente discessu usque ad ingressum in Ierusalem.*

## PUNCTVM I.



ONSIDERANDA hic est  
 ipsius stellæ in Oriente ap-  
 paritio, & tempus, ac finis  
 eius: effectus denique, in  
 trium Regum animis pro-  
 ducti, perpendendi.

D.Thom.3.  
 p.q.39.4.7.  
 & 8.

PRIMVM ergo perpen-  
 de: Patrem æternum, cum vellet filium suum  
 in Bethlehem natum, non solum aliquibus Iu-  
 dæis, Pastoribus videlicet, ad quos Angelum  
 suum miserat; sed aliquibus etiam Gentibus  
 innotescere, eodem die nouam stellâ, pulcher-  
 rimam & splédiissimam, in Oriente creasse,  
 quæ, iuxta Balaam vaticinum, a nati Messia &  
 Regis Israel signum esset: ut, qui stellam vide-  
 rent, ad eum Regem cognoscendum, adoran-  
 dumque accederent, qui in commune omnium  
 bonum natus esset. Gratias tibi, Pater æter-  
 ne, pro cura ista, qua disponis, ut filius tuus in-  
 notescat, & à Gentibus adoretur; tam ob ipsius  
 honorem & gloriam; quam ob illorum, qui  
 eum agnoscent & adorabunt, utilitatem. Vti-  
 nam omnibus id contingere, quod Aduentus  
 eius participes fierent.

I.

a Num 24.  
 17.

P 2

DEIN

1.  
 veniam  
 alus, ob  
 st agn-  
 u per  
 um re-  
 tiones;  
 in meo  
 thi vir-  
 agnis &  
 get at-  
 mede  
 ea lan  
 us em  
 o cog-  
 insci  
 me ob-  
 acbe-  
 luptate  
 & col-  
 ero, in-  
 quando  
 I E S V  
 rium &  
 o deu-  
 n reue-  
 scissime  
 ner po-  
 toris in  
 omni  
 in seco  
 IEDI

## II.

DE INDE considera, & si plurimi stellam illam in Oriente viderint; eiusque pulchritudinem admirati, quid significaret, cognoverint; solos tamen tres Reges, eius aspectum commotos, ut, domibus suis relictis, Regem eum querere statuerent, quem stella natum indicabat: reliquos omnes eam cogitationem depositasse; quod graue reputarent, domos suas, vxores, fortunas & amicos relinquere; de terra sua exire; itineri ad eum longo ac difficultili sed dare; in regiones alienas & locum non satis certum proficisci. quas difficultates, carnis sensus horrebat; Dæmonque, ut eos deterret, adhuc magis amplificabat. In huiusmodi enim abieicti animi hominibus, locum habet quod ait Sapiens: b Dicit piger: Leo est foris in medio platearum occidendus sum. Et iterum: c Leo est in via & leæna in itineribus: domi volo manere, ut periculum hoc euadam. Verum miseri, dum defugient a facie leonis, occurrit eurus. & temporariam vitantes mortem, aternam fortè obierunt. Verendum est enim, ne ei hac ignavia, eorum ultima damnatio prouerit: eò quod in tenebris infidelitatis vitam finiuerint. Hæc interim mihi applicans, perpendam: quoties diuinæ inspirationis stellæ animæ meæ illuxerit, excitans me ad querendum Christum, eius paupertatem, humilitatem, cæterasque virtutes amplectendas; & licet, quid sibi stella illa velit, intelligam; nec manum tamen admouere liber; nec vel pedem mouere, ut id quæram, quod suggestur: ne autem

com-

b Proph 22.

13.

c 26.13.

d Amos 5.19



*3 Matt. 20.  
16.*

buisse tremendam illam Christi sententiam, g  
*Multi sunt vocati, pauci verò electi.* Si quidem  
ex tot Orientalibus, qui, stella inuitante voca-  
ti fuerant, tres tantum fuerint ad præclaram  
hanc expeditionem electi; quos Trinitas san-  
ctissima, tanquam Gentium Primitias, elegit.  
O beatissima & adoranda Trinitas, coniunge  
metrium horum numero; quò diuinam voca-  
tionem sequens, te confitear, adorem, & glo-  
rificem in secula. Amen.

## PUNCTVM II.

**C**ONSIDERANDVS deinde est Ma-  
gorum ex Oriente egressus, & ipsa le-  
rosolymam usque profectio.

I.

PER PENDE igitur primū: Reges illos  
fide viua scese in Dei manus projiciētes; & mu-  
nera, quæ nato Regi offerrent, secum accipien-  
tes, iter suum aggressos fuisse: atque in ipso iti-  
neris ingressu, aduertentes ex tempore, ipsam  
etiam stellam loco moueri, quasi itineris du-  
cem se ipsis præberet, vehementer exhilara-  
tos, laudem & gloriam Deo, pro ea prouiden-  
tiâ & erga se curâ, dedisse. Ex quo intelligam,  
si Deo confidens & viuæ fidei innitens, eum  
quærere incepero, eius m̄hi prouidentiam  
certò ad futuram; gratiaque & auxilio suo, ve-  
ceptum iter perseguar, adiuturum; diuinę  
vocationis spiritu gratiaque, stellæ instar pre-  
cedente: Et, ut Israelitas per desertum duxit,  
eos præcedendo, viamque monstrando a *in die*

qui-



## DE ADVENTV MAGORVM. 299

commoditates meas, aut quæ multum diligo, deseram; aut laborem etiam exiguum subeam, effectis excusationis causâ difficultatibus, cùm reipsa sint nullæ. Et ideo (vt ait Iob) e *qui ti-*

*e Iob. 6. 16.*

*meo pru:nam; hoc est aliquem huius mundi la-*  
*borem, irruet super me nix. quæ est pœna cæ-*  
*lestis: Deo me, glaciei instar frigidum, ac deso-*  
*latum pro meritis deferente. Strella ve: ò, quæ*  
*salutis meæ causâ fuit orta, testis mihi erit ad*  
*damnationem.*

TERTIÒ, contrà perpendendum, quan-

tum Deus beneficium tribus illis Regibus con-

tulerit, interna illa luce & inspiratione adeò

efficaci, vt statuerent, domibus suis patria-

que relictis, Christum quærere; tot alijs in

cæxitate sua, ignavia, miseriaque derelictis.

Ex quo diuinæ inspirationis vim deprehen-

dens, orabo Dominum, vt eā me præueniens,

illud mihi suggerat, quod olim Abrahamo:

*Egredere de terra tua, & de cognatione tua,* *f Gen. 12, 1.*  
*& de domo patris tui; & veni in terram, quam*  
*monstrabo tibi.* Quod si D E V S tali me iam

gratiâ præuererit, vt alterius stellæ lumine

efficaciter de mundo eduxerit, quod eum in

Religione quaram, alijs multis in media confu-

sione B abylonica relictis; tum gratias pro-

pterea maximas agam: tum, vt similes animæ

meæ illustrationes immittat, quæ me ad om-

nia amoris & perfectæ ipsius imitationis im-

pedimenta remouenda permoueant, supplex

orabo.

VLTIMÒ perpende attentiùs, locum hic ha-

III.

IV.



quidem columnna nubis eos à solis æstu protegente; nocte vero columnna ignis lumen ad progrediendum præbente; sic me directurum, gressusque meos gubernaturum, in die prosperitatis, ab ardoribus sensuum & mundi huius tentationum protegendo; & in nocte adversitatis à frigore & tepiditate pusillanimitatis defendendo.

**DE IN DE** perpende, eosdem Reges in itineris progressu recta semper, nec ad vnam aut alteram partem declinando, stellam ita secutos, ut cum progrediente progrederetur; cum hærente, & ipsi hærent: simul attendentes, ne quid eo Domino ac Rege, quem in stella ipsa agnoscebant, indignum admitterent. Ad quorum exēplum ita me componere studebo, vt, quos Deus mihi duces in vita huius peregrinatione constituit, omnino sequar: Rationis nimirum lumen naturale, & fidei supernaturale; diuini spiritus inspirationem, & illustrationem, ac meorum Prælatorum & Confessorum directionem: quæ quatuor veluti stellæ ad vna (b quæ Deus est, nos per illas dirigens) reducuntur. Incubit vero mihi ita eum sequi, ut recta omnino, nec ad dextram nec sinistram declinans, sequar: & solicite caueam admittere, quod ipsius oculis displiceret.

b Apoc. 2, 28  
Cv 22, 16.

**TERTI** perpende, stellam, quæ toto itinere Reges illos præcesserat, iam Ierosolymam propinquantibus, repente se se occultasse: magno quidem illorum animi sensu, sed Deo id ita disponente, tum ad fidei ac fidelitatis

P 4 eorum

II.

III.



eorum probationem, & ad magnarum virtutum exercitationem; tum, ut cælesti illo deficiente, duces eos quærerent, quos Deus in terra sequendos constituit: qui sunt Sapientes & Legis Doctores, Prælati, ac Superiores in Ecclesiæ. Qui Magi, non propterea deceptos se fuisse existimauerunt, aut, animam abijcentes, quod Dux ille se subtraxisset, spartam suam, re infecta ad propria remeantes, neglexerunt: sed ipsam Urbem ingredi statuerunt, spe inueniendi, quem tanto desiderio querebant: hoc suo exemplo, quid mihi agendum sit, docentes; cum Deus, sensibili deuotione deficiente, tenebris vero ac temptationibus obtutientibus, se subtrahit. Non enim propterea diffidentia locus dandus, aut à bene captis desistendum est; sed media, quæ licet adhibenda sunt, ad quærendum & inueniendum Deum, ministros & vicarios eius accedendo: sicut sponsa, hoc est anima iusta, in Canticis fecisse dicitur; cum, absente sposo, in tenebris & obscuritate noctis se esse deprehenderet. *C In lectulo, inquit, meo per noctes quæfui, quem diligit anima mea: quæfui illum & non inueni. Surgam & circuibo circumatatem: per vicos & plateas queram, quem diliguit anima mea. exercens nimirum se sanctis & pījs operibus; cernensque aliorum iustorum exempla, quærere pergit. quæfui, ait, & non inueni: inuenierunt me vigiles, qui custodiunt initiatem: num, quem diligit anima mea, vigilū?* Prælatos ergo & Pastores accedit Ecclesiæ.

*c Cant. 3. 1.  
2. 3.*



siæ, à quibus instruatur, & doceatur, vbi, & qua ratione dilectum suum inuenire possit. Paululum cùm pertransiſſe meos, inueni quem diligit anima mea. Ecce viam, dilectum animæ ſponsum inueſtiendi, quām & Magos tenere diſpoſuit Deus; dum eorum aspectui subtraxit ſtellam O Deus æterne, da mihi horum virorum fidem & constantiam, quod te eadē, qua illi, fidelitate ac perſeuerantia quæram; ad humana illa & ordinaria media, cùm diuina ſe subtrahant, dimiſe accedens.

## PUNCTVM III.

**T**ERTIÒ conſiderandum, quid Magi, dum Hieroſolymam ſunt ingressi, pri-  
mū interrogarint. a Vbi, inquiunt, eſt a Matt. 2,2.  
qui natus eſt Rex Iudeorū? Qua interroga-  
tione inſignes aliquas virtutes prodiſerunt.  
**P**RIMVM FIDEM magnam, dum, quod nō vi-  
derant, credunt; dum natum ſtentur infantē,  
qui Rex & Meſſias eſſet, Iudeis à Deo pro-  
miſſus; de quo nihil dubitantes, locum tan-  
tum requirunt, in quo natus ſit. qui enim illud  
primum eis reuelauit, occultauit ſecundum:  
**M**A G N A M I T A T E M ſuam etiā obſeđerūt  
& animi fortitudinem? Nam etiā vitæ pericu-  
lum ab Herode propterea timere meritò po-  
terant, quod in ciuitate illa, & ipſa Herodis  
Regis aula, nouum alium ipſi Regem quare-  
rent: intrepidè tamen, nec occulite in angulis,  
ſed palam & in ipſa Regia, de recēs nato Rege  
Iudeorū interrogant. Heroicam certè fidu-

I.

II.

P S

ciam,



ciam, & imperterritam animi fortitudinem, ab ipso recens nato Rege inspiratam qui est spectabile illis stellæ lumen subtraxit; internum tamen & inuisibile fidei lumen potius

b Heb. 11.33 auxit: cuius virtute b sancti denicerunt Regna,

c Psal 17.30 operati sunt iustitiam, adepti sunt reprobationes. Tene fidem viuam, anima mea, c in Deum

tuum, cuius virtute transgredierū muros. re-

sume animum ad perrumpendas occurrentes

difficultates, & obeunda pericula: quia Re-

ille, quem queris, certè proteger, liberumque

ex eis eripiet. Ex H A C fide & animi fortitu-

dine manauit, quod Herode, & tota cum ipso

Hierosolymina, horum Magorum interrogatio-

ne, turbatis, nihil ipsi turbarentur. Et He-

rodem quidem turbari, cum tyrannus & am-

bitiosus vereretur, recens natum, qui que-

rebatur, infantem, regno ipsum derubatur,

non adeò mirum erat: sed Iudeos ipsos ex eo

turbari, quod maximam debuit pacem & la-

titiam adferre; illud vero vehementer mira-

dum. Sed nimis præsenti Regi, eti tyranno,

blandiri & placere potius volebant, quam

cœlesti; qui dudum promissus, iam præ fori-

bus adeste dicebatur. Ex quo intelligam, quam

sit periculosum, arctam familiaritatem aut

amicitiam cum Potentioribus scelestisq; con-

trahere, qui odij, iræ, vindictæ, & ambitio-

nis perturbationibus facillimè mouentur. Il-

lis enim sic turbatis, facile & ego turbabor:

aurem, ut Magi isti, Deo confidam, etiam si ci-

uitas tota turbetur, expers ego ero turbatio-

### III.

M DE P  
RIS

nis: & potius cum Davide dicam: c Dominus illuminatio mea & salus mea; quem timebo? Dominus protector vita mea; à quo trepidabo? si consistans aduersum me castiga, non timebit cor meum: si exurgat aduersum me prallum, in hoc ego sperabo.

## PUNCTVM IV.

**O**VAR TO considerandum, quod a Herodes, et si turbatus, egregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nascetur. At illi dixerunt ei: in Bethlehem Iudea. Sic enim scriptum est per Prophetam: b Et tu Bethlehem terra Iudea, nequaquam minima es in Principibus Iudea: ex te enim exiet Dux, qui regas populum meum Israel. Tunc Herodes, clam vocatis Magis dixit: ite & interrogate diligenter de pueris: c cum inuenieritis, renunciate mihi, &c.

IN toto hoc facto variè se prodit prouidētia Dei. PRIMVM, q̄ iniquorum operā vtatur in bonorum vtilitatem. Herodis enim operā ac diligētiā patefactus est Magis locus nativitatis Christi: iuxta illud: c Quis stultus est seruiet Sapienti. & illud: Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonū. DE INDE, eadem prouidentia se prodit, quod per suos ministros etiā iniquos, Scripturæ veritatem reuelat iis, qui cā ad Dei gloriam, propriamque vtilitatem sci. re cupiunt: vthic appetet, cūm non est passus Deus, sacerdotes legisq; Doctores, Magis hanc veri-

I.

II.

c Proh. II, 29



veritatem inquirentibus, eam celare. Si itaq;  
ego, zelo bono, Dei voluntatem cognoscere  
cupio; Deus illam per ministros suos renelu-

*d Malac. 1.7*

bit, de quibus per Prophetam dixit: *d Lahi*  
*sacerdotum custodiunt scientiam*, & tanquam  
in depositi cista clausam habent; vt, quæ dubia  
sunt legis, inquirentibus manifestentur; sum  
enim Angeli nunciique Dei, ad eius volun-  
tem renelandam. *T E R T I Ó*, in eo se prodit,  
quod scripturam sacram, tanquam lumen quadam  
illustre ad Christum inueniendum &  
cognoscendum nobis dederit, ita vt, cum illam  
habemus, prodigiosa stella, aut noua reuelatio  
nobis necessaria non sit; sed feruens ora-  
tio ac profunda meditatio, iuxta id quod ipse

*e Ioan. 5.39.*

Christus aliquando dixit Iudeis: *scrutami*  
*nis scripturas*, quia vos putatis in ipsis vitam  
eternam habere: *E* illæ sunt, quæ testimonium  
perhibent de me. O dulcissime *I E S U*, qui di-  
xisti. *t Petrite, E accipietis; querite, E inau-*

*f Lut. 11.9.*

*Matt. 7.7.*

*nrietis: illumina mentem meam*, vt te in sacris  
literis humiliter quærens, inueniam; & ete-  
nam, quæ in eis latet, vitam, re ipsa asequat.  
*D E N I Q U E*, timorem & horrorem quandam  
merito mihi secreta Dei iudicia incutient,  
quæ in hæ narratione gesta sunt: cum Gentiles  
videam è remotis regionibus, magno la-  
bore ad Christum quærendum venisse; ipsos  
vero Iudeos, qui tanto tempore venturum  
expectabant, cum propè illum iam haberent,  
nec mouere se loco voluisse, vt quærerent;  
cum tamen locum, in quod inueniendus esset,

*Magis*

### III.

### IV.

M  
P. DE P  
RIP

Magis ipsis indicarent. In quibus propterea locum habuit, quod ipse Christus postea illis dixit. *g Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum.* Hos ergo miseros Pater nō 44. traxit ad filium: quia Tyranno Herodi potius blandiri, quam Regem suum verum querere maluerunt. Distulerunt enim ad illum ire cū Magis, expectantes eorum redditum, ut cū ipso fortè irent Herode: ita nunquam profecti sunt. Ego igitur, si sapio, ex alieno periculo cautior factus, impedimenta conabor amovere, quæ me, quod minor Patris inspirationibus obsequar, retardant; finamque, me ad filium trahi; nec in aliud differam tempus, si trahi me sentio, ne fortè dilatio & mora, causa sint meæ damnationis. O PATER æterne, h *qui, quam-* h *Psal. 65. 5.*  
*uis iustus, terribilis es tamen in consilii super filios hominum,* per amorem, quo filium tuum prosequeris, supplex oro, ut quem omnibus cupis innotescere, & ab omnibus adorari, ne me ob scelera mea & in obsequio tuo tepiditatem, deseras; sed efficaciter ab eis extrahens, ad te querendum, inueniendum, agnoscendum, & adorandum pertrahas, ad tuam gloriam, Amen.

— 5 —

MEDI



## MEDITATIO XXIII.

*DE MAGORVM E HIEROSO  
lyma exitu, & in Bethlehemiticam  
porticum ingressu.*

## PVNCTVM I.



*VI MAGI, cùm audiuisserent Regem  
Herodem, abierunt in Bethlehem,  
vt recens natum Regem quere-  
rent. Et ecce, Stella, quam vide-  
rant in Oriente, antecedebat en-*

*& videntes, gaui si sunt gaudio magno valde.*

Hic primum perpendenda, Regum Magorum in itinere suo prosequendo, solicitude. Statim enim accognouerunt, quod oportabat itineri se cæpto dederunt, Hierosolyma & Herodis aulâ relictis: strepitum, qui illic erat, fugientes. Quorum exemplo discimus ad salutis nostræ negotium, sine omni cunctatione, & omni mundi huius strepitum actu malum reiectis, accedere; & ad locum, in quo Christus inueniendus est, confugere, cum Davide dicente: a *Quis dabit mihi pennas sicut columba, & volabo & requiescam.* Quòd si Rex ipse David, aulæ suæ strepitum fugere cupiebat, Magi q. isti festinantes, Herodis curiam turbat deseruerunt: quanto magis decebit me, si Religiosus sum, aut vir spiritualis esse cupio, Regum curias, & aulas fugere; nisi ipsa necessitas Dei que voluntas in eis morari cogat.

DEINDE

I.

a Psal. 54. 7.



DE IN DE amabilis perepende prouidentiam, & fidelitatem Dei, in praemissis deferendis iis, qui sincero ipsius inueniendi iuruitu, labores subeunt. Nam, et si noui Regis loco nativitatis cognito, potuissent Magi adeum sine stella ducte peruenire; voluit tamen Deus, stellam secundo eis apparere, & gaudium non qualemque, sed *magnum valde* eisdem adferre; ut laboris ac periculorum, quae Hierosolymis subierant; studiorumq; exhibiti, in loco nativitatis Regis querendo, praemissum quoddam esset; ac maior præteritus in gaudium vertetur; iuxta illud Davidis: *b Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, confessionaliones tua latifickerunt animam meam.* O magne Deus, & amabilis Pater: quis non te anxie querat? quis non æquanimiter absentiam tuam toleret? qui tanto amore & tam benignè cum iis agis, qui te cum perseverantia querunt.

b *psal. 93.19*

P V N C T V M II.

**C**VM MAGI Bethlehem peruenissent, *stella*, quæ eos antecedebat sicut supra a rbi erat puer: & ipsi intrantes domum, inuenient puerum cum Maria matre eius.

CONSIDERA hic primū, ingentē Magorū, ex recenti illa stellæ subtilerīa, ad locū adeo pauperem, & vile stabulum, admirationē. Ipsi enim, qui homines & quidem Principes erant, existimassent, recentem Regem, si non in palatio quopiam, at in præcipua certè ciuitatis domo, in qua Reges alii hospitari sole: er,

*suisse*

I.



finisse nasciturum. Verum, interiori lumine  
illustrati, statim agnoverunt, eius Regis mai-  
strem, non in huius mundi pompis & splen-  
dore cerni; quin potius in earundem con-  
temptu: quare facile iudicium & opinionem  
hanc suam, stellæ testimonio externo subi-  
cerunt. O REX potentissime, qui statim & vi-  
natus, de mundo incipis triumphare, sapien-  
tum iudicium captiuans in tuæ fidei obsequiis  
captiua, quæso, etiam magna vi meum: ut  
ipse de mundo triumphem, & quicquid in eis  
est, amoris tui causa contemnam.

## II.

**C O N S I D E R A** Deinde, verborum illorum  
mysterium: Inuenerunt puerum cum Maria  
matre eius: quæ etiam de Pastoribus dicta fu-  
runt: Quibus significatur, I E S V M ordinans  
non inueniri absque matre sua: neque matrem  
absque I E S V, vt, qui I B S v addictus est, mon-  
etiam sit matri eius addictus: & qui matri de-  
votus est, facile I E S V amorem obtineat. Cum  
igitur vterque tam arctè alteri coniunctus in-  
veniatur, merito studebo in utriusque amore  
& seruitio excellere: quod alterius amor, in al-  
terius me charitate perficiat.

## III.

**T E R T I O** perpendam, statim &  
Magi, in conspectum infantis perve-  
runt, processisse ex eius diuino vultu, cele-  
stis lucis radium, qui mentes illorum illu-  
strans, aperuit illis, cum quem cernebat  
infantem, simul esse verum Deum & hominem  
Regem ac verum Messiam Judæis promissum  
& mundi Salvatorem. Ex quo, quanto interno  
gaudio



gaudio eorum mentes affectæ fuerint, quis potest assequi? Si enim materialis illius stellæ aspectus gaudio illos magno valde afficerat: quantum putandum est, ipsius infantis IESU conspectum, illis gaudium attulisse? qui & a *a Apoc. 2.*  
*Stella est matutina jucundissimi splendoris;* 28. *Or 22. 16.*  
 & stellarum omnium Dominus. In eis ex parte *b Psl. 16. 15.*  
 te impletum videtur, quod aliquando David cecinit: *b Satia bor, cum apparuerit gloria tua.*  
**O P A T R I S** æterni gloria, stella splendens matutina, illustra me, quæso, luce tua, satia aspectu tuo, exhilara splendore; ac cœlesti tuo influxu bonis me reple. Felices qui te vel in præsepio inueniunt: quia loci vilitas, non obscuratur gloriæ maiestatem: temperat potius splendoris tui immensitatem; quod fas sit, maior te voluptate contemplari.

## P V N C T Y M III.

**E**T procidentes adorauerunt eum: & aper-  
 sis thesauris suis obtulerunt ei munera  
 aurum, thus, & myrram.

**T R I A** notatu dignissima hic Magi se-  
 runt, in huius infantis obsequium, quæ fue-  
 rant à Dauid predicta. **P R I M Y M**, a Provi-  
 dente runt in terram: quod internæ exteraq; sum-  
 mæ reverentia est signum, quam exhibere vo-  
 luerunt. Nam ut corpore, quam potuerunt  
 maximè, hoc est usq; ad ipsam terram (cui se  
 propemodum affixerunt) sese inclinarunt;  
 ita animo se coram hoc Rege abiecerunt: sei-  
 pso in eius conspectu ut puluerem, & nihi-

I.  
*a Psl 71. 9.*

*It. Part. Medit.*

Q

lum



## II.

lum agnoscentes: ac tunc Dauidis illa propheta cœpit impleri. b Coram illo procident Aethiopes; & inimici eius terram lingent. Deinde eundem Regem adorarunt non aliorum Regum more recepto, sed supra magna adoratione, quæ soli tribuitur Deo, & Latria appellatur: fide viua agnoscentes, infantem illum verum esse Deum & creatorem suum; natumque esse pro mundi salute & redemptione. Et hac fide illustrati, cum eo loquentes, pro tanto hoc omnibus hominibus communis, & pro particulari ipsis collato beneficio, dum stella duce ad ipsum agnoscendum adorandumque deduxit, gratias, quas poterant maximas, egerunt; ac se ad perpetua obsequia in seruos perpetuos obtulerunt. Vbi illud Dauidis impletum est: a Et adorabunt omnes Reges terra; omnes Gentes servient ei. O Rex Regum summe, & Dominantium Domine: animo exulto, cum te video ab his Regibus & terræ sapientibus adorari, & in veneratione esse: vestinam reliqui omnes, idem quod isti, facerent. Fac ut è vestigio illud impleatur, quod Prophetæ futurum predixerunt: b Quia mihi curuabitur omne genus, ait Dominus. c Veniant, veniant, omnes gentes, quas fecisti, & prostratae adorent te, ianctumque nomen tuum glorificant, in secula. Amen.

## III.

TERTIÒ, Thesaurorum scrinia, quæ tunc itinere clausa erant, aperientes, infanti Regi illos obtulerunt, in signum subiectionis: qui-

a Psal. 71.11.

b Isai. 45.23

Rom. 14. 11.

c Psal. 71.11.



L.  
rophe  
nt AB-  
DEIN-  
lorum  
adora-  
ria ap-  
tem il-  
umna-  
mptio-  
entes,  
commu-  
eficio,  
n ado-  
sterat  
obfe-  
Vbiil-  
nt sum-  
ent ei.  
antium  
ab his  
& in  
idem,  
illud  
pre-  
genu,  
sgen-  
, ian-  
ecula-  
e toto  
Regu  
qui-  
bus

DE ACCESSV MAGORVM. 243

bis fidem quoque suam sunt protestati. Ob-  
tulerunt enim A V R V M , vt Regi ; T H V S ,  
vt Deo , & Sacerdoti summo ; M Y R R H A M ,  
vt mortali homini. Sed interna alia mune-  
ra externis preciosiora iungebant : Auro sci-  
licet , amorem ; Thuri , deuotionem ; Myr-  
rhæ , sui mortificationem : vt sic Regi escent  
gratiora : illudque expleretur , quod Prophe-  
te de eis dixerant : d Reges Tharsis & Irsula d Psal. 71,10  
munera offerent : Reges Arabum & Saba dona  
adducent . Et , c Omnes de Saba venient , au-  
rum & thus deferentes , & laudem Domino an-  
nunciantes .

HINC estimare licebit , quām fuerint pue-  
rulo I E S V grata hæc virorum istorum mune-  
ra , quibus tanta fides , pietas , amorque coniun-  
cta erant . Qui enim f duo aera minuta , quæ pau-  
percula vidua misit in Gazophilatum , pro-  
pter affectum offerentis , tardi fecit ; vt eam a-  
liis omnibus præferret : quāti , par est credere ,  
eum fecisse , munera ab his Regibus , tanto sibi  
affectu , sicut ab illo olim g Abel . ex preciosissi-  
mis , quæ habebant , oblata ? Quām vero beni-  
gnū ac liberalem se ipse I E S V S eis ostenderit ,  
non verbis externis , quæ necdum proferebat ,  
sed inspirationib⁹ internis cœlestia dona g r a-  
tiasque referendo , non facilē est assequi . Fa-  
tum est considerare , loco trium , quæ ipsi ob-  
tulerant , munerum , tria alia excellentia dona  
recepisse : augmentum videlicet insigne auri  
sapientiæ & charitatis ; Thus orationis ac  
denotionis ; & incorruptionis m y r r h a m ,

c Isai. 60, 6

IV.

f Lys. 21, 2.

g Gen. 4, 23,

Q 2 quæ



quæ illos à lapsu in grauiores culpas prælauans, in ipsius etiam amore conservaret. Horum Magorum exemplo, debo in huius infantis conspectu, quā fieri poterit profundissima humilitate procidere, eumque, ut ipse vult, *h in spiritu & veritate adorare*: atq; me cordis Thesauros aperire, non in oculis hominum, ut eis placere quæram; sed in solu Dei conspectu, eidem soli placendi voluntate; & ignitum præstantissimumque charitatis & amoris in ipsum, & in proximos meos affectum offerre; Thus item suaveolens orationis, cum excelsis devotionis affectibus, denique electam perfectæ mei ipsius mortificationis myrrham; attendens, ne studio la virtutum actiones ita præstet, ut superbia & inanis gloriæ prædonibus pateant: sed curia externæ præcipue actioni (ut benè illa fiat) tria hæc dona, tanquam eius comites sive circumstantias, meritò adhibere contendamus videlicet, orationem seu deuotionem ac necessariam mortificationem: & tunc de huius Domini liberalitate confidam, quod tallem actionem & munus meum, sine premissor. prætermitteret: sed eadem amplius augebit dona. Propterea enim hortatur Spiritus sanctus: *i In omnibus operibus tuis esto relensis omnis infirmitas non occurserit tibi*. Et iterum: *Vidisti virum velocem in opere suo? coram aliis stabit.*

PRAETEREA, si Religiosus sum, meritò vota mea renouabo: CASTITATIS qui-

*i. Eccles. 31. 27  
k. Prov. 22.*

29.

V.



dem, in myrrha mortificatæ carnis; <sup>P A V-</sup>  
PERTATIS, in auro rerum omnium tempo-  
ralium, quæcunque in mundo sunt: deside-  
rans eas omnes eidem infanti IESV tradere, si  
meæ essent: O SEDIEN TIAE autem, in ab-  
negatione mei ipsius: quò diuini amoris igne,  
thuriis instar, dissolutum me totum illi tradā.  
Age igitur, anima mea, redde vota & dona  
tua Domino: eum intuens, non ut aliquando  
Dauid: I terribilem, qui auferit spiritum Prin- <sup>1 Psal. 75. 13.</sup>  
cipum, & terribilem apud Reges terra; sed ut  
infantulum tenerum & amabilem, qui ipsis et-  
tiam regibus diuinum tribuit spiritum, hu-  
mano rejecto. O Rex cœli, accepta quæ ob-  
tuli vota ac dona, auferens à me spiritum pro-  
prium, qui me decipit: & tuum mihi donans,  
qui viuiscat.

## PVNC T VM IV.

**C**ONSIDERANDVM denique est dul-  
cissimum, quod Magi cum B. Virgine  
habuerunt colloquium: narrantes ei,  
cum de stella, quam in Oriente viderant, cu-  
ius ductu Hierosolymam usque peruenissent:  
tum quæ illic sibi cum Herode accidissent: Si-  
mul verò sanctitatem, quæ in ipsa virgine e-  
micabat, lociq; in quo manebat, vilitatem ve-  
hementer suspicientes, ad omne obsequiorum  
genus se promptissimos obtulerunt. Et quam-  
uis ad primum ipsorum ingressum, S. Ioseph  
non adfuerit: (quò Magi intelligerent, infan-  
tem illum in terris patrem non habere) paulò  
tamen post accedenti, eadem ipsos retulisse,

I.

Q 3 par



par est credere. O quām lēta B. Virgo fuit,  
talia cūm audiret ! quomodo cordi suo omni  
impresserit, vt secum ipsa postea pro more  
conferret ! quām gratum sibi esse Magorum  
studium laboremque veniendi, adorandi &  
lij sui causā, significauerit ! quām altis dia-  
nisque verbis eos in fide confirmauerit ; O  
Regina Saba, quæ in his Regibus filiis tuis  
iterum *accedis cum muneribus videre veni-*  
*Salomonem* : quām obstupuisti, quam detec-  
spiritus tuus *videns infinitam sapientiam*, quam  
in paupere eius casa, paupere & exiguo com-  
tatu resplendebat ! Quanto affectu Virginitas  
ipsam & Iosephum intuens, diceret : *Beati*  
*sunt serui tui isti, qui stant cor am te semper, o*  
*audiunt, discuntque sapientiam tuam ! O Ve-*  
*go excelsissima, sapientior, quām illa fuit*  
Regina Saba, quæ hodie tanquam Magister  
sapientes istos, cælestem docebas sapientiam,  
quam mundus non assequitur ; me quoque il-  
lam doce, quòd filio tuo seruire discam, sic  
noni isti discipuli didicerunt, & re ipsa serue-  
uerunt.

## II.

b Matt. 2.  
12.

D E I N D E perpendam : Magos hærente-  
num propter verbum, quo se Herodi obstric-  
xerant, ad eū redire oporteret ; & optantes cu-  
iham in ea deliberatione voluntatem cogi-  
scere : re tota Deo demissè commendata, le al-  
dormiendum recepisse : b Responso autem ac-  
cepto in somnis, ne redirent ad Herodem : pa-  
liam viam reuersos esse in regionem suam. Ex  
quo animaduertere licet Dei curam & pro-  
videntiam.



uidentiam erga eos qui ipsi seruiunt : cùm videamus eum hos Magos de iis admonuisse quæ illis maximè expediebant: idque non solum , vt infantem ipsum , Herodis persecutioni subtraheret, sed vt ipsos etiam ab eiusdè crudelis Tyranni vexatione, si ad illum redirent, eriperet. Felix itaque ero , si tali Domino omnino confidā: certus enim meritò esse possum , ipsius prouidentiam in tribulationibus mihi non defutaram: sed pericula etiam ipsa ita præuenturam, vt in ea non incidam.

A V D I T O Magi tali responso & mandato Dei, mox Deo potius obedire, quam hominibus: plurisque verbum facere, quod à Deo audiebant, quām quo se Herodi obstrinxerant, decreuerunt: neque enim maior prudentia esse potest, quām Dei vocem sequi, & eiusdem se gubernationi committere. Ita enim ipse Dominus per Isaiae os dixit : c Vt in am atten c Isai. 48.13  
diſſes mandat a mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris: nā verē omnia eius mandata, ad iustitiam & pacem nostram diriguntur. Quām hilares lētiq; Magi reuertebantur ! quām benē collocatos suos labores iudicarint, quos eousque tulissent! Quæ enim sunt Dei, et si initia grauiā ; fines tamen habent iucundos. Ideoque prudenter tribuitur, à labore inchoare, cuius exitus sit temporanea, & æterna requies in fruitione Dei, per omnia secula,  
Amen.



## MEDITATIO XXIV.

DE B. VIRGINIS PURIFICATIONE, & pueri Iesu in templum  
Presentatione.

## PUNCTVM. I.

a Leuit. 12.  
2.3. C<sup>o</sup>l.

Heroicæ B.  
Virginis  
virtutes.

b Cant. 2.1.

I.



Ex erat antiqua: a Mulier si suscitetur semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus: & die octavo circumcidetur infans; postea vero trigesimatis diebus manebit in sanguine purificationis. Cumque expleti fuerint dies Purificationis sue, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbam in turturam pro peccato. Quod si non posuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbarum: orabitque pro ea sacerdos; & sic mundabitur. Hanc legem admirandis editis virtutibus B. Virgo impleuit: sex principes eminent, quæ quod instar sint sex foliorum Lilij albissimi, optimè illi aptatur, quod celestis dixit sponsus. b Sicut lily inter spinas, sic amica mea inter filias.

PRIMA VIRTUS fuit, magnus clausuræ amor. quæ tanta illa tranquillitate afficiebat.

q. 1. 2. 3.



quamvis eam lex non imperasset, ipsa tamen sibi eam elegisset; atque in angulo illo totis illis 40. diebus magna sua voluptate mansisset, contemplationi tantum, filijque sui nutritio- ni intenta: cum quo ad eō contenta erat, eiusq; ad eō satiabatur aspectu, ut mundi totius com- municationis facile obliuisceretur.

**SECUNDA** fuit ingens PURITATIS, & cordis munditiae amor. cū enim reuera purissima esset, libuit nihilominus, iuxta legem amplius purificari: ut meritō illi dicere posset dilectas: *c. Tot a pulchra es am: camea, & ma- culata non est in te.*

*Cant. 4.ii.*

**TERTIA** fuit heroica OBEDIENTIA: nam cū certo ipso constaret, se illā purificationis lege nō teneri, quæ viri operā non conceperet: voluit tamen illi obtemperare, sicut ipse eius filius Circumcisionis legi obtempe- rauit: quod ceteris fœminis conformior esset, leges illis communes & ipsa seruans, nec ab iis exemptionem, priuilegium, aut dispensatio- nem quærens; nec Epicheia aut interpretatio- nibus vñēs, etiam in quibus id ei licuisset. Qua- re, expletis quadraginta diebus, absque alia mora Ierosolymitano se cōmisit itineri, sin- gulari animi lætitia modestiaque exultans, Ie- rosolymitano se cōmisit itineri filiolum in vln- nis gestans: à quo hanc obedientiæ perfectio- nem didicerat.

**QUARTA** virtus fuit rara HUMILITAS, animi q; demissio; nam eo facto ostendit, se pu- rificatione indigere; & more aliarum fœmi-

II.

III.

IV.

Q 5

narum



narum peperisse: cū reiplā nec indigeret purificatione; nec vt aliæ, sed virgo peperisset, cuius exemplo ernbescam ego , qui cūm reuera peccator sim vilissimus , & omnia mea opera, etiam quæ alias d iusta videntur, sint quasi pan nus menstruatæ, qui, impurissimi sanguinis mculis foedatus, nauseam mouet intuenti ; adeo tamen superbus sim, vt mandus sanctusq; ha beri velim.

**V.** QUINTA virtus fuit magnus PAUPER TATIS amor, quæ humilitatis est soror germana . Nam cūm potuisset fortè, auro, quo Magi obtulerant, agnum emere, quem aliani diuitum & nobilium matronarum more offerret: elegit tamen ipsa, pauperibus constitutum munus, hoc est, duos turtures, aut columbarum pullos, vt pauper offerre.

**VI.** SEXTA denique virtus fuit, insignis D VOTIO, ac reuerentia , qua munus suū obtulit Sacerdoti, demisè ab eo potens, vt pro ipso Deum oraret; cum ipsa potius pro omnib. posset orare. Et quoniam lilyum intra sex candissima folia , sex alias virgulas cum extremitatibus aureis complectitur, in hos etiā B. Virgo meritò sicut lilyum esse dicitur, quæ prædictis virtutibus varios miscerbat affectus, puræ & quæ intentionis, gloriæ Dei, charitatis igne inflammatos, & aureo sapientiæ cœlestis colore splendentes. O Virgo sanctissima, plurimum gaudeo , quod tot virtutibus te ditissimam video, & in eisdē perfectissimè exercendas diligentissimā. Nunc magis aduerto, quam vere

d I sa. 64. 6.

M  
P.  
DE P  
R I<sup>o</sup>.



verè apteque sis e *lilium inter spinas*. tui enim comparatione omnes nos peccatorum nostrorum spinis denigrati foedatique sumus; tu *lilium candidissimum & purissimum*, sex harum virtutum folijs ornatum. Apparet satis, ô excelsa Regina, te Regem in præsepio suo reclinatum, aut in gremio tuo quiescentem, continuè, & attentissimè contemplatum esse: siquidem, f *dum esset Rex in accubitu suo, Nardus tua* f *Can. 1.12.*

c *Cant. 2.1.*

## P V N C T V M II.

**L**Ex alia iubebat: a *Sanctificam mihi omne primogenitum, quod aperit vulnus in filiis Israel*: id autem siebat in memoriam illius beneficij, quo populum suum Deus eduxit de AEgypto, b *percutiens omne primogenitum in terra AEgypti*. Hanc legem ut seruaret B. Virgo, filium suum tulit in Ierusalem, ut si steret eum Domino, & offerret aeterno Patri.

b *Exod. 13*b *11.5.12.*

PRIMVM hic spiritum ac deuotionem considerabo, qua B. Virgo, suo & totius humani generis nomine, hanc fecit oblationem. Dixerit enim: Ecce, Pater aeternæ, unigenitum tuum, quæ Deus est; & meum, quæ homo: quem primogenita omnia, quæ offerri tibi

iussisti,

I.



iussisti, & quæ hactenus tibi sunt oblatæ, significarunt; cuiusque oblationem tantopere hactenus desiderasti: eum ego tibi toto corde offero, in gratiarum actionem quod mihi eum dederis, siquidem nihil eo preciosius habeo quod offeram. Tuus es: accipe illum tibi, apud quem melius erit collocatus, quam apud me. Eundem etiam pro totius mundi salute & redēptione offero in odorem suavitatis. Accipe, Deus meus, oblationem hanc, Abelis illa preciosiorem, Noe suauitatem, Abrahami sanctiorem, & omnibus, quas Moyses offerit iussit, excellentiorem: per eam igitur supplico, ut mortalibus omnibus condones; eosq; in gratiam amicitiamque recipias. O quam fuit æternus Pater hac oblatione delectatus, cum ob pietatem offerentis; cum ob rei ipsius oblatæ præstantiam!

**II.** DE INDE, ipsius Infantuli spiritū, etiam perpendiculari, quo ipse me æterno suo Patri in templo se obtulit. Ecce, dixerit, æternus Pater, unigenitum tuum ut tibi obediret hominem factum; & ut te honoret, in templum veniente: hic me tuæ maiestati offero promptum, & ad voluntatem tuam semper exequendam paratum. Et, quoniam nec mors tot c primogenitorum in AEgypto, nec oblatio d primogenitorum Israelis tibi accepta fuit pro hominum salute, ego me pro ea ad mortem offero: quod morte mea & sanguinis mei sacrificio placata ira tua, populum tandem tuum vindices à seruitute peccati. Hac ratione licet existimare præstitile

*Exod. 11. 5.*

*Exod. 13. 10.*

*Exod. 14. 36.*

*Exod. 13. 12.*



stitisse hic IESVM infantulum, quod de eo dicit Apostolus, e Qui dilexit nos, & tradidit se metipsum hostiam Oblationem Deo in odorem suavitatis. Est etiam fas credere, hanc oblationem factam fuisse tempore matutino, cum ex more, f Agni sacrificium offerretur, quod lex matutinum appellabat: ut figuræ figuratur na-  
tud sibi responderent. Quam itaque suavis hec oblation fuit æterno Patri! quantum in ea con-  
quieuit! ut qui eam diu concipiueret! Aliorum enim primogenitorum oblationes, nul-  
lius in se erant momenti; nisi quatenus huius erant figuræ.

TERTIA, ad me ipsum oblationem hanc applicans, cogitabo: et si eam Christus pro omnibus hominibus fecerit, pro me tamen in particulari sese obtulisse, quem in sua memoria & corde præsentem habebat. Quia cogitatione, me ipsum intra animæ me templum, æterno Patri in spiritu præsentabo; simulque cum B. Virgine & ipsomet infantulo, eum of-  
feram in gratiarum actionem, quod eundem mihi Redemptorem dederit ac Magistrum: & supplex petam, ut oblationem hanc acceptare, me per eam sibi reconciliare, ac donorum suorum participem facere dignetur. O Pa-  
ter summe, toto cordis mei affectu, tuum tibi offero unigenitum filium: & licet ego, qui of-  
fero, repulsa merear: cum tamen sis, qui of-  
fertur, sit talis, confido me unam admittendum.  
Accipe illum. Domine, in odorem suavitatis,  
& per eum mihi, peccatorum veniam concede;

vt cor-

c Ephef. 5.2

f Exod 29.

39. Num. 22. 8.

## III.



vt corde mundo valeam in templo gloria tua  
comparere. Amen.

## P V N C T V M III.

Exo. 13. 13.

\*34. 20.

Num. 3.

7.

**E**ADEM lex iubebat : a Omne primogeni-  
tum hominis de filiis Israel pretio redimi-  
quod erat b quinq; Siclorū. Eos B. Virgo  
Sacerdoti dedit, à quo filium suum recepit.

P E R P E N D E N D V M hic , quis hanc Infan-  
tis Iēsū venditionē instituat, quis eum emat,  
quo pretio, cui ematur , & quæ ex ea oriuntur  
bona.

## I.

PRIMVM : æternus Pater , cu: hæc oblatio  
facta est, non sibi eam retinere voluit; sed quod  
oblatum erat, mundo & hominibus reddidit,  
idq; venditione, ad maius ipsorum commo-  
dum, infinitam suam ea ratione liberalitatem  
& bonitatem confirmans: tantum enim abest,  
vt prioris donationis pœnitentia, vt nouis adin-  
uentis ad redonandum titulis , eam ratificet,  
quod maiori usui, mundo esse possit.

## II.

DEINDE , eum redimit B. Virgo , vt tan-  
quam filium suum nutriat, non etiam vt sibi  
seruet; sed nobis eū nutritre vult : ad hoc enī  
redemit , vt is in nostrum commodum seto-  
rum impenderet.

## III.

PRETIVM non amplius est, quam Siclo-  
rum quinque. O Pater æterne, quam vili, rem  
ad eo pretiosam vendis ! cur primogenitum  
hunc parem alijs in pretio facis ? si reliqui re-  
dimuntur quinq; siclis; multis hic certè milli-  
bus esset redimendus, quia infinitè illos omnes

exce-



excedit. Sed facilè est deprehendere, venditio nem hanc & pretium, nomina tantum esse: re uera autem esse donationem, mereq; gratis dari; quod ego , absque intermissione , pro nouo dono gratias agam . Sis ergò Deus propterea benedictus , & ab omnibus tuis creaturis in æternum glorificeris. Amen.

LICET etiam spiritum aestimare , qui in hoc quinque si clorum pretio later: quibus significatur pretium, quod diuinæ sapientiæ & aurum ignitum probatum , ipse scil. Christus, eo quo potest modo, emitur , ut locupletes fiamus. Est enim pretium illud quinque nostrorū sensuum mortificatio, & quinq; insignium virtutum actus, quæ nos ad gratiam, eiusq; perfectiōnem obtainendam disponunt, Viva nimirum Fides, Timor Dei, Dolor de peccatis , Confidentia de misericordia diuina, & firmum Deo obediendi, eiusque voluntatem exequēdi propositum. Quamobrem, si cupis, anima mea Christum esse tuum, aduerte, eum nec d' auro nec argento comparari, sed quinque his spiri. us sicut quos si æterno obtuleris Patri, certò tibi eum dabit.

FINIS denique, ob quem Infans IESVS emitur & redimitur, ille est, vt hominum seruus fiat , pro quibus etiam morti tradatur. O IESV dulcissime, quam lubens & vidente pateris, & redimi: quod hac venditione tua, illam facias irritam , qua ego peccans , animam meam vendideram, quam tu pretio isto, vt tua perpetuò sit , redimis . Sed neque

c Apoc. 3,12.

d Isai. 55,1.

## IV.

hic



hic amor tuus sifit; paratus es enim, iterum a falso quodam discipulo viēdi; emi veðab ho-  
stibus illis tuis, qui vitam etiam tibi auferent,  
quò nostræ redēptioni, morte ipsa tua, finis  
imponatur. Sit benedicta immensa ista chari-  
tas tua, quæ nunquam defatigatur, aut satiatur  
benè nobis faciendo. Lætare, anima mea: quia  
B. Virgo filium suum pro te emit: Exulta, quod  
I E S V S iam sit tuus: quem Pater eius pro  
quinque siclis tibi tradidit. O bone I E S V,  
meus es hac recenti emptione: sed ego mei  
tuum omnino trado: magnaque fiducia dicere  
audeo. e Dilectus meus mihi. & ego illi. Sit ita,  
bone I E S V : nec tu me vñquam deseras; nec  
tu me vñquam deseras; nec ego te. Amen.

Eccl. 2.16.

## MEDITATIO XXV.

D E I I S Q V A E I N P R A E-  
sentatione cum Simeone & An-  
na Prophetissa cuene-  
runt.

a Lue. 2.36.

## P V N C T V M I.

**E**cce: homo erat in Ierusalem,  
cui nomen Simeon, & homo iuste-  
ius & timoratus expectans i-  
solationem Israel, & Spiritus sa-  
ctus erat in eo: & responsum acceperat à spi-  
ritu S. non visurum se mortem, nisi prius videret  
Christum Domini.

CIRCA



CIRCA hoc punctum considera: Spiritum sanctum, qui Zachariam & Elisabetham, ut Christum, antequam nasceretur, annūciarent, propheticō spiritu repleuerat; nūc duos alios similiter repleuisse qui iam natum, & viderēt, & alijs annunciarēt. Alter fuit Simeon, quem admirandis virtutibus ad id munericis adaptauit quas refert Euangelista dicens: *Et homo iste iustus & tunica: us.* Legis obseruator diligenter tissimus, nihil contra eius præscriptum admittens. Neque enim timoratus dicendus est, nisi qui minimas etiam culpas deuitat, iuxta illud sapientis: b *Qui timet D: ù, nihil negligit,* b *Ecccl. 7. 19* nihil parui facit. Addit: *Expectans consolationem Israel.* fernentia scil. Aduentus Christi desideria & spem eius firmam habens; quibus feruentes & continuas preces adiungens, Christi aduentum instantissimè petebat; ac fieri se dignum, qui illum, iam venisse, videre posset. Hæc vna eius cogitatio, in qua totam suam vitam expendebat. Quibus virtutum ornamenti dignum se reddidit, in quo Spiritus sanctus habitaret. Exemplum hoc docet, magnam vitæ puritatem & sanctitatem afferre homini magnam fiduciam ad magna desideranda, & petenda à Deo: sicut etiam Moyses ausus est petere à Deo: c *Ostende mihi faciem tuam.* & iterum: d *Ostende mihi gloriam tuam.* Et Sponsa: e *Judicamibi, quem diligit anima mea: vbi pasas, vbi cubes in meridie.* Sic ergo sanctus hic senex, Melismam proprij oculis videre cupiebat, & obtinuit. Nam (S. Bernardo

c *Exo. 33.13.*

d 18

e *Cant. 1. 7.*

II. Part. Medit.

R

teste)

Serm. 33. in teste) magna fides, magna meretur; & quomodo  
Cant. gis Confidet apud eum dilataueris in bonis Domini, eo à liberali ipsius manu obtinebis maiora.

I I.  
¶ Psal. 144.  
19.

g Rom. 8.  
26.

III.

h Mat. 5. 8.  
i Exod. 33.  
20.  
k August. in  
Soliloq. c. i.

DE INDE perpende: eundem Spiritum sanctum in mentium se voluntatem facit, & deprecationem eorum amantiumque se pauperum desideria exaudit, ut sanctum hunc senem consolatur, probitatisque suæ premium ille ferre, eius desiderijs, suavi & amica illa respondisse promissione, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Dominum. Ut ex hoc cognoscas, quantæ felicitatis sit, scire cum Spiritu sancto tractare, & intra se illum cum gratia plenitudine habere. g Nam ipse Spiritus (ait Apol.) postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus, dans nobis arrabonem, quod oratio, quæ ad ipso procedit, audienda & suo tempore expedienda sit: quamvis interdum executio diffatur: sicut Sancto Simeoni hic evenit. Vult enim Deus, nos in spe esse longanimes; & sic ad ea, quæ petimus, accipienda disponi.

Tertiò perpendam: quod iustis omnibus promittitur, dandum post hanc vitam; id interdum in hac ipsa concedi ferventissimis, videre nimirum ipsum Christum oculis contemplationis iuxta beatitudinem illam, de qua Christus dixit: h Beati mundo corde, quoniam iosi Deum videbunt. O Deus æterne, qui dixisti: i Non me videbit homo, & viuet k Moriatur ut te videam; & videam, ut hic moriar. video te in hac vita contemplatione; ut mihi ipsi perfecta mortificatione moriar: & moriar hac se-  
licet



lici morte, quò te posteà videam in æternatua  
gloria. Amen.

## P V N C T V M II.

**E**t venit Simeon in spiritu in templum: &  
cùm inducerent puerum IESVM parentes  
eius, vt facerent secundum consuetudinem  
legis pro eo: & ipse cœlesti lumine illustratus,  
agnoscens illum esse Christum, accepit eum in  
vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit: Nunc  
dimittis seruum tuum Domine, secundum ver-  
bum tuum in pace: quia viderunt oculi mei, sa-  
lutare tuum.

**P R I M U M** hic perpendenda est Spiritus S.  
fidelitas & liberalitas, in explendo, quod Si-  
meoni promiserat: plus enim fecit, quam pro-  
misit. Dixerat enim non visurum ipsum prius  
mortem, quam videret Christum: nunc verò  
facultatem ei facit, accedendi, in vlnas accipi-  
endi, complectendi, exosculandi, & apud se  
eum magna sua consolatione & amore tenen-  
di. a Potens est enim Dominus (ait Apost.) om-  
nia facere superabundanter quam petimus aut  
intelligimus. Ex quo magnum concipiam ani-  
mum, tanto huic Domino seruendi, qui & in  
promittendo largus; & in reddendo, valde est  
liberalis; imò qui plura multò reddit, quam  
promiserit; si recipiens sit fidelis. Applicans  
aut, quæ nunc fiunt ad ea, quæ tunc gesta sunt,  
expendam tecum: sicut cum B. Virgo templū  
ingressa est, varij quidem omnis statūs & co-

I.

a Ephe. 3.20.

R 2 ditio.



ditionis homines illic erant, Legis periti, & cerdotes, Nobiles, plebei: solum tamē Simeonem Deus cœlesti luce illustravit, ut ipsum nosceret, atq; adoraret; reliquis nullum inter Infante in illum & alios, qui tunc aderant, delictum agnoscerebatur; quia re ipsa in extensis nullum apparebat: ita nunc ex plurimis, quin templum conueniunt, pauci sunt, qui Iesum in sanctissimo Sacramento præsentem agnoscant, & pie venerantes digni efficiantur, cum in suis cordibus recipere; ac donorum eum cum exultatione participes fieri. Nam enim

**C H R I S T U S** Dominus noster omnibus copiat se manifestare: pauci tamen, ut Simeon, se disponunt; ut suum in eis desiderium Christus compleat. O anima mea, imitare Simeonem, spiritu in templum veniens, ubi verè Iesus est: quod felici eius aspectu fruaris, eundemque dulcissimi eius amoris vlnis amplectaris.

**I I.** **D E I N D E** perpendam, quanta fuerit saeculi huius viri animi lætitia, quam exundans gaudium, quo fuit affectus, dum Infantem hunc dicit, terigit, amplexatus est et mirabilem procul dubio satietatem in animo senserit: sufficiens hoc estimans per amulum laborum omnium prolixæ vitæ præteritæ: & ideo nihil sibi qui Salvatorem tamdiu optatum vidisset optandum, aut in mortali hac vita videndum supercesserat, totum se ad Dei laudes convertens, gratias pro tanto hoc beneficio egit, protestans, ut iam vitæ finem in pace expectaturum, cum ipsi Domino placeret. O anima mea, quare

MEL  
DE PON  
BIBLIE

b eminentem I E S V Christi scientiam, propter quem omnia alia arbitraberis ut stercora, Christum luciferas: in quo habebis quæcunq; desiderare possis. Si viua illum fide respicias; quid amplius cupis videre? Si arcta eum charitate amplecteris; quid vis aliud possidere? & si eum tanquam tuum habes; quid potest tibi deesse? Concede mihi, ô bone i E S V, huius sancti meritis, radium aliquem lucis illius, quam ei hodie dedisti: quod te agnoscam & amem, ut ipse nouit & amavit; in secula. Amen.

EX HOC S. Simeonis exemplo, duo ad bonam mortem obtinendam valde vtilia colligam.

PRIMUM, quod sancti seruentes in haec ipsa vita experiantur, diuinæ promissiones impleri, & recipere se v. g. centuplum pro eo, quod Christi Domini amore reliquerunt. ex audiri se in suis orationibus; protegi à divina prouidentia in tribulationibus & periculis: qua experientia plurimum in spe confirmatur, promissorum in futura vita: ideoque dis solui cupiunt, ut citius ad illa perueniant, dicentes cum Davide: c In pace in id ipsum, dormiam, & requiescam: quoniam tu Domine in spe singulariter constituisti me.

SECUNDUM est quod sancti, cum eò usq; peruererunt, ut Christum in complatione videant, eiusq; excellentias agnoscant, & rerum æternarum suavitatem degustent; mox omnia terrena, tanquam vilia, & indigna, in quæ vel oculos suos coniiciant, fastidiūt. ideoq; ipsum

b Phil. 3.8.

1.

2.

c Psal. 4.9.

R 3

viuere,



d Phil. 1. 25.

viuere, graue sibi esse iudicantes, voces illas  
Apostoli gementes usurpant: d Cupio dissolu  
& esse cum Christo: vt tantum bonum videns,  
eternum eo fruar. Quare, si charabisti est, o  
nima mea, pax illa, & animi tranquillitas, qui  
sancti mortem obeunt; illorum imitare fer  
uorem, & spiritum illum concipe, quo vicem  
illi suam ducunt. Feruens enim vita, quietam  
consuevit mortem adferre.

## III.

DE M V M ipsius B. Virginis animi gaudium  
& exultationem perpendam, cum filium suum  
a tanto viro agnoscere, & in veneratione esse  
cerneret; atque admiranda, quae de eo ille di  
cebat, audiret. ita enim ait Euangelista: e  
erant Ioseph & mater eius mirantes super hi  
qua dicebantur de illo; Deum Patrem glorifi  
cantes, quod eorum noticiam hominibus im  
pertiret.

## P V N C T V M III.

a Luc. 2. 54.

**I**N tanti huius gaudijs medio constiente vir  
gini sanctissimæ, a Benedixit Simeon, o  
spiritu propheticō dixit ad Mariam matrem  
eius: Ecce positus est hic in ruinam, & insi  
urrectionem multorum in Israel, & in signis  
cui contradicetur: & tuam ipsius animam per  
transibit gladium: ut reuelentur ex multis corde  
bus cogitationes.

CIRCA quam Prophetiam perpendam  
PRIMVM Dei prouidentiam in B. Virginis  
consolationibus temperandis. cum enim illa  
ob de-



ob delatum filio honor em, maxima esset affe-  
cta consolatione, iubet Simeonem labores &  
persecutiones eidem filio paratas; dolorisque  
gladium, qui ipsius Virginis animam transfi-  
xurus esset in medium adferre: quod etiam pro-  
pterea Deus B. Virgini reuelari voluit, ut ab  
ipso statim exordio, passionis filij amaritudi-  
nem, proprijque doloris gladium cordi suo  
infixum semper portaret. O Deus sapientissime  
ac benignissime, quam tibi iucunda haec  
est, consolationem ac consolationum vicissi-  
tudo in tuis dilectis, ut nunc b. ascendat ad b. Psal. 106.  
caelos, nunc descendant usque ad abyssos; nunc 26.  
amoris vulneribus, nunc doloris gladio eorum  
corda penetrantur: in utroque autem sapien-  
tiæ tuæ profunditatem, & charitatis suavitatem  
ostendis. Cum igitur, Domine, itare me dis-  
polveris: ecce me ad utrumque paratum, træf-  
fige, verbera, pro libitu animam meam, modò  
me inter tuos numeros electos. Amen.

DEIN DE duo illa memoranda perpendam,  
quæ de puerulo IESV Simeon prædictis.

PRIMVM, quod positus esset in ruinam & re-  
surrectionem multorum: per eum enim multi  
ad magnam sanctitatem erant resurrecti; alij  
hanc eius Adventus occasionem negligentes,  
in abyssum iniquitatis descendunt: cuius tamen  
culpæ ipsimet essent rei: Christus enim, quod  
in se erat nulli petra scandali, sed omnibus vo-  
luit esse resurrectione: SECUNDVM, quod esset  
fatus adeo admirabile & prodigiosum, sig-  
num cui ab eius inimicis contradiceretur, eius



264 II. PART. MEDIT. XXV.

doctrinæ resistentibus, miracula calumniantibus, viam deniq; persequentibus, donec illum cruci affigerent : ubi Electis vitæ ; Reprobis damnationis erit c signum : cuius virtute ex multis cordibus reuelabuntur cogitationes: quia discipulorum fidelitas patescat, quæ in eorum cordibus latebat. Duo hæc perpendens, (que in diem hanc durant ) obstupescam diuina in hoc negotio iudicia ; vicem dolens tantum infidelium , & improborum Christianorum multitudinis, in quodrum ruinam , ipsorum culpâ, IESVS est positus : & hac ratione meam, ut B. Virginis, animam , doloris gladius pertransibit: supplicabo autem eidem Domino, ne eius aduentus, in meam ruinam , sed in resurrectionem cedat ; & in signum vitæ, cui credam, in quo sperem, quem amem, & imiterita, ut vnuus sim eorum discipulorum, quos ipse per Iacobam, d signum & portentum in Israel vocat; curemque ut verba & opera mea sicut ipius admiranda sint. Quod si ex hoc euenerit, vi multi mihi contradicant, ac me persequantur, gaudendum mihi erit; & vt pignus favoris & amoris Dei acceptandum, qui filio me suotam similem facit.

c Isai. II. 10.

12.

d Isai. 8. 16.

18.

PUNCTVM IV.

**E**odem tempore, etiam ANNAE reuelare voluit Spiritus sanctus IESVM infantulum. Quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obsecrationibus seruiens nocte ac die.



ac die: Et hæc, Spiritus sancti instinctu, ipsa hora superueniens, cœlestiꝫ lumine agnoscens, puerulum illum esse Meisiam, Confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redemptionsem Israel.

CONSIDERA hic, variis modis Deum seruis suis indulgere, eosque consolari. Simeoni enim, ante quām Saluatorem videret, promiserat, id futurum: ut desiderium eum videndi in eo fouveret, & promissione contineret: Annæ autem, non constat talem promissionem factam: sed repente inspiravit, ut IESVM visura in templum se conferret: cuius aspectu eam est consolatus: & fidelia diuturnaque eius obsequia (quæ octoginta quatuor annorum spatio præstiterat) hoc præmio affecit.

DE IN DE sex huius S. Viduæ insignes virtutes expendam, quibus hoc beneficio dignam se reddidit: *Castratem* nimirum, *Orationem* cōtinuam, *Ieiunium* exactam diuinæ legis obseruantiam, in Dei cultu *deuotionem*, cum longa per totam vitam in his omnibus *præseuerantia*. In quibus merito eam imitari contendam, si cupio id obtinere, quod ipsa. O Rex gloriæ, sex hasce Seraphinorum, qui tibi in templo seruiunt, alas mihi concede, quibus in tuo obsequio volare, & ad gloriæ tuæ templum peruenire possim, in sacerdotalium sæcula, Amen.

48 50

R 5

MEDI

I.

II.



## MEDITATIO. XXVI.

*IN QVA MODVS QVIDAM  
orandi proponitur, quo ad mysteriorum  
qua*m*editati sumus, contemplatio-  
nem internos anim*a* sensus  
adhibemus.*



*N* Paragrapho II. Introductione  
prima Partis, memini cuiusdam  
modi orandi, qui fit applicatu*m*  
fidei mysteria sensibus; quan*u*is ad  
contemplationem magis ille accedat, quam si  
verè meditatio. Ut enim eodem loco Paragra-  
pho 10. dictum est: Meditatio, ab uno in aliud  
ratiocinando, occultas querit veritates; prout  
hactenus factum est: Sed contemplatio est sim-  
plex quidam veritatis intuitus, absq*ue* ratiocina-  
tione; in quo magni admirationis, & amoris af-  
fectus excitantur: qui quod ut plurimum, post  
ratiocinationem in meditatione adhibet,  
obtineantur: merito postquam hac Christi my-  
steria meditati sumus, ad singula reuertens,  
adhibita hac affectuosa contemplationis me-  
thodo, quam sensuum applicationem vocamus.  
Nam ut externi sensus breuiissimè, & absq*ue*  
ratiocinationis ambitu*m*, sua percipiunt obiecta,  
delectantur. eisq*ue* afficiuntur: ita in contempla-  
tione, interni anim*a* sensus, (qui sunt ipse ani-  
mae facultates, cum actuum suorum varietate)

*absque*

absque nouo ambitu, ijs solum premisso & intencionibus, quaæ alias sunt adhibita, has sententias & expeditas veritates, cum admirandis deuotionis affectibus percipiunt; præueniente maxime eos Deo speciali gratia sua, sine qua rationem, qua ipsam contemplationem auspice-  
mur, nec attingemus quidem, sicut allegato loco dictum est: quamuis ex parte nostra, ea, qua se-  
quitur, methodo, non nihil nos iuuare possumus.

## PVNC T V M I.

**P**RIMVM erit, interno animæ nostræ O-  
CVLO (sive imaginatio sit sive intelle-  
ctus) personas illas, quæ in specu illa  
Bethlehemitica, aut in Hierosolymitano té-  
plo v.g. conueniunt intueri: & quid agant: cæ-  
terasq; circumstantias, quæ videndi facultate  
percipiuntur, obseruare: & affectus admirati-  
onis, amoris, gaudij, compassionis, gratulatio-  
nis, & imitationis ex eis haurire. Quod si nouæ  
aliquæ cōsiderationes, aut ratiocinationes (vt  
interdum Deus solet communicare) occurrēt,  
nō repellendæ sunt, sed admittendæ: & tādiu  
in eis hærendum, quandiu lux durat oblata. cu-  
ius hęc est praxis. Cūm Deum hominem in sta-  
bulo inter bestias versari intueor, humeros  
meos cum admiratione, & stupore contra-  
ham, ob tantam in tanta maiestate humilitatē;  
cūm eundem infantulum tenerum cerno, quod  
mihi fiat amabilior, (infantes enim sunt ama-  
biles) pretiosissimi & pulcherrimi infantuli  
amore liquefac : ac eidem ut fratri natu-

maxi-



maximo, Patris mei primogenito: & ita meo,  
vt pro me ipso & in bonum meum nascatur,  
ab blandiar: Iatuens cor eius amore præ salu-  
tis meæ desiderio flagrans: lacrymas præ meo-  
rum scelerum dolore fundens: seque Patriæ  
terno pro eisdem offerens: cor meum illi con-  
iungam, vt amorem & dolorem ei reddâ: col-  
loquia cum eo miscebo, vt me sibi coniungat.  
Similiter eius aspiciens virtutes, paupertate-  
m, humilitatem, mansuetudinem, patien-  
tiā: eas in usum meum, illius instar, qui myr-  
rhæ fasciculum conficit, colligam: quem ante-  
pectus meum appensum, memoria causa, & in  
corde reconditum gestans, quām potero te-

<sup>a</sup> Cant. 1.13. nerrimè illi dicam: a *Fasciculus myrrae duci-  
tus meus mibi*. Idem vero fieri poterit, oculis  
in B. Virginem coniectis: inspecta enim eius  
modestia, deuotione, & in conspectu infan-  
tuli reverentia: admirationis, & eam pro vir-  
ibus imitandi affectus, excitare licebit: sicut  
etiam conspectis eius, ex compassione infan-  
tali lacrymis, desiderium concipiam, me illi  
coniungendi, simulque cum ea compatiendi.  
Similiter Sanctum Iosephum, & Simeonem &  
eorumque feruorem ac spiritum, aspiciens de-  
tot in eos à Deo collatis beneficiis ac donis  
admirabor: excitaboque desiderium eos,  
quoad potero, ac debeo iuxta faculta-  
tem meam, imitandi.

PvN-



## PUNCTVM II.

**S**ECUNDO, AUDITV animæ interno au-  
scultanda sunt, quæ ibi proferuntur ver-  
ba; & quæ Deus cordi meo dignabitur in-  
spirare. Est verò obseruandum non pro hoc  
tantum puncto, sed pro quavis etiā siue men-  
tali, siue vocali oratione: (quod prædictæ In-  
troductiōis §. 3. insinuatū est) constitutis  
nobis coram Deo, & hæc mysteria inti ēribus,  
expedire, tantisper magna reuerentia & at-  
tentione expectare, atque si audire vellemus  
aliquid à Dco nobis dicendum, aut eleemosy-  
nam accipere, quæ eo loci dist. ibui consuevit:  
collocares nos ipsos, (vt Cananæa illa Chri-  
sto dixit) sicut solet a catellis ante mensim a Matt 15.  
domini iui, oculis in eos, qui assident, confi- 27.  
x:is, expectans, bolum aliquem sibi prouici, aut  
cadentes è mensa mīcas: aut, sicut David dice-  
bat, b sic ut oculi seruorum in manib[us] domino[n]orū b sal. 122:  
suorum, expectantium ea, quæ a dominis im-  
perentur. Ita enim Abacuch face se fareba-  
tur dicens: c Super custodiā meā stabo, & fi-  
gam gradum super munitio[n]em: & aut im-  
plabor, vt viue[m], quid dicatur mihi, & quid  
respondeam ad arguētem me: quasi distinctiū  
diceret: in contemplatione nīca constitutus  
auiculabo, quid mihi Deus inspirare & ad  
cor loqui, dignabitur; siue ob mala mea ar-  
guat, & corripiat; siue consoletur, & exhor-  
tetur ad bona, quæ facere enor; siue quid de-

c. Abac. 2.

B. 4. 1. 2. 3



sideriis meis internè, ut Simeoni oranti, S. Spiritus respondeat. Post breuem in huiusmodi silentio & expectatione moram, si nullā Dei inspirationem sensero, non otiosus diutius hærebo; sed ipsum ad loquendum prouocabo dicens cum Samuele: d Loquere, Domine, quia audit seruus tuus: aut cum sponso ad spō-

d 2. Reg. 3.  
10.  
Cant. 2. 14.

fam, e Sonet vox tua in auribus meis; vox enim tua dulcis mihi. O Deus æterne, qui per Prophétam tuum dixisti: f Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius, effice in spiritu meo interiorem hanc solitudinem à variis cogitationibus; ut solus soli mihi inspirationibus tuis loquaris; ego vero attentissimè, quæ dixeris, audiam, & exequar promptissimè.

Constitutus itaque in conspectu huius infantuli audiā interiori animę auditu, quæ verba ipse æterno suo Patri loquatur, dulciaq; illa vtriusq; colloquia in negotio nostræ salutis: gaudebitq; anima mea, illos, & de re mea colloquentes, audiens, fructuumq; ex eo aliquæ hauriam. simul etiam externos eius gemirus audiens, peccata mea gemere discam. Audiam, quæ idem mihi diceret puerulus, si eo loco & occasione mihi loqui voluisset, per amanter enim superbiam meam vanitatemque & in vestitu curiositatē reprehendere; &, vt insans ego fierem, meq; æterno suo Patri in fidem seruum offerrem, exhortatur. Hæc omnia verba audire, & h. lari vultu excipere me decet; Deumq; demissè orare, vt cordi meo ea dignetur imprimere, ad illa exequenda parato. Si

mili



militer, quid B. Virgo loquatur, attēdā; quidq̄ Spiritus S. Simeoni dixerit; & quid ipse Simeon, cū suum vedit impletum desiderium: discamq; ex illorum verbis, loqui cum Deo.

## P V N C T V M III.

**T**ERTIO, interiori ODORATV percipiendus est suauissimus ille odor cælestis fragrantia, quæ ab Infantulo eiusq; virtutibus spirat: qua confortatus, ad eas virtutes imitandas animabor. Quod vt efficaciū sentiā ATTENDAM PRIMVM suauissimū illū odorem, qui ex operib<sup>o</sup> & virtutib<sup>us</sup> illius infantis prodibat, ita Patrem æternum recreare: vt potiori quām Isaac iure dicere possit: a Odor filii mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit D<sup>o</sup> minus. ATTENDAM DEINDE, quantoperè animæ iustæ odore illo recreentur: quemadmodum illa dicebat: b Post te curremus, in odorem vnguentorum tuorū. Christi enim paupertas, humilitas, mansuetudo, tantā ex se fragrantiam emitunt, vt deuotorū corda rapiant, trahantq; post se, ad coniunctionē usq; cum ipso. DENIQUE attēdam, quā suauiter Deo & hominibus redoleant, obedientia, modestia, humilitas, patientia, & charitas in quacunq; illæ anima eminenter appareant: & quām ædificet Ecclesiam totā, & singulos proximos. Quamobrē Apostolus de iustis dicebat: c Christi habens odor sumus Deo. Contrà verò quām sordeant Deo & hominibus, superbia, inobedientia, immodestia, & aliud quocunq; vitū: aduertamque quām procul à sancto illo loco,

in quo

a Gene. 27.  
27.

b Cant. 1.4.

III.

c 2. Cor. 2.  
15.

I.

II.

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E

E



in quo infans eiusque mater erant, talis frēco  
abfuerit: & quām porrō deceat, eundem ab  
anima mea remotissimē abesse: ne, cui placet  
omni iure debeo: eidem in aliquo displiceam.  
O Infans dulcissime, cuius vestes (quæ tua sunt  
opera) iustar sunt campi florū odoriferorū  
eis me, quæ so, indu: vt & ego æterno tuo Pa-  
tri odore bono fragrē: & benedictionem pro-  
pterea mihi per te impetrat, quam eisdem tu  
ipse es promeritus. Sentiat anima mea diuino-  
rū tuorū odorum fragratiā, qua tractus post  
te, virtutū imitatione curram, donec ad carmē  
prēmium, & tui fruitionem perueniam, Awē.

## P N C T V M IV.

**Q**VARTO, interno animē GESTATO,  
suauitas dulcedoq; benedicti infantis  
eiusque virtutum est delibanda, atten-  
dendo, quām illæ Deo ipsique infantulo sine  
iucundæ; imò & ipsis earum imitatoribus.  
Ideoque me ipsum ad illud Dauidis experien-  
tia Psal. 33. 9 dum accommodabo: a Gustate & videte, quod  
suavis est Dominus. O quām sibi Pater æternus  
in tantis filij virtutibus complacebat! & ipse  
filius in eo, quod æterno suo Patri in omnibus  
placeret! Quanta iucunditate puerulus affi-  
ciebatur, seipsum pauperem, despectum, in a-  
nimālium præsepio iacentem cernens! quam  
dulces suavesque illi erant ipsæ, quas funde-  
bat, lacrymæ! quamque gratum, in omnibus  
paternam voluntatem explere! gratius pro-  
cul du-



cui dubio ipso, quod ex matre sugebat pectori. Ad eius ego imitationem conabor, altè de hac ipsa dulcedine, ac suavitate sentire, quā Deus contemptui, labori, paupertati, lacrimis, infantis huius exemplo dulcatis, consueuit commiscere: eoque affectu excitabo in anima mea famem & appetitionem magnam, res huiusmodi gustandi, & spiritus sapores percipiendi: quod carnis mihi deliciæ displaceant. Eodem affectu ad illam dulcedinem, attendam, quam S. Simeon ex infantili hausit aspectu: quæ adeò fuit excellens, ut rœdium illi statim attulerit videndi, gustandive rem aliquam huius vitæ; immo & ipsam illi mortem dulcem reddiderit. O Deus æterne, b quām b Psal. 30.  
magna multitudo dulcedinis tua, quam abscon- 20.  
disti in te; quanto autem erit maior,  
te diligentibus! fac me vel eam delibare; ut omnibus, quæ in terra delectant, renuntians,  
cœlestium tanum gustum diligentius requiram, Amen.

**C**ONTRA etiam licet estimare, quanta in vitiis ipsis lateat acerbitas; & in ea mente, quæ propriam sequens voluntatem, eius se appetitionibus tradit. Reflexione autem facta ad ea, quæ in me geruntur, dum peccatum admitto, acerbitatem illam gustare nunc conabor, quam tunc experior; eamq; mox detestas, expuam: & firmiter statuam, nolle amplius iam degustare, illius memor Ieremiæ sententia: Arguet te malitia tua, & auersio tua in crenabit te: Sciro & vide quia malum ērō an .  
c Ierem 2. 19.



rum est , reliquiss te Dominum D E V M  
tuum.

## P V N C T V M V.

**Q**VINTÒ, interno animæ TACTV contingendæ sunt Infantis I E S V veste, præsepij fenum, speluncæ pavimentum, corde meo omnia amplectendo, & ex osculando: magnam hac ratione eorundem in me opinionem, amorem, & estimationem in generare, mihiq; propterea tanquam pretiosissima eligere studens: & quasi præfens adfert, Infantulum ipsum accedens, eius pedes tangendi, amplectendi & osculandi facultatem petam: vbi simul peccata mea deflens, eorum veniam, sicut altera Magdalena impetrè maiori deinde fiducia etiā permitti mihi rogabo, manus ex osculari, & in eisdem me oblectare, atq; ab eis benedici: aut ulterius, si am meon, eundem in vlnas meas accipiens, magno amplectar amore: petens, me vt ipse ita amplecti dignetur, ne vñquā ab ipso se parer. Quòd si ad sponsæ peruerterim perfectionē,

Cant. 1.1.

b Cant. 5. 46.

quæ dicere ausa est, a O sculetur me osculo ornari: tunc adspirare licebit etiam ad diuinum illud vultus contactum; & ad vnitatem cum ipsi diuinitate in amore perfecto: vt me solo ipius aspectu & amore exsatiem. O quanta dulcedo suauitasque percipitur ex spirituali huiusmodi contactu! quo ( vt ipsa etiam dixit sponsa) b anima liquefit, vt dilectus loquitur & venter ac interiora omnia, intremunt ad tactum eius, quem ad se introducere gestiunt.

CON-



CONTINGENDA codem modo sunt le-  
ctuli infantis duricies, frigoris rigor, (quo af-  
ficietur) pannorum quibus inuolutus & li-  
gatus manebat, angustia: ex quo desiderium,  
duriora & asperiora, Infantis huius amore,  
contingendi & in me experiendi: fugiendi ve-  
rò blanda & mollia, quæ idem Dominus adeò  
horruit excitabo.

M A D I T A T I O N I huic finis imponetur col-  
loquio cum Infante ipso Iesu Domino no-  
stro, eum orando, ut animæ meæ sensus puri-  
ficare & clarificare velit, quod eum & sentiam  
& vt ipse vult, amem: c reformati cupiens (vt c Rom. 12.2.  
ait Apostolus) in nouitate sensus mei, ut pro-  
bem, approbemque, voluntatem Dei bonam &  
perfectam, ad eiusdem gloriam, in æterna sæ-  
cula, Amen.

*MODVS ALTER EOSDEM*  
*Animæ sensus in oratione appli-*  
*candi, cum variarum vir-*  
*tutum actibus.*

**N**TER eas virtutes, quæ intelligē-  
tiam & voluntatem nostram (qui  
spirituales sunt animi sensus) per-  
ficiunt, quinque sunt insigniores.  
S. Bonaventura:  
Itiner. mentis ad Deum  
cap. 4.

quinq; corporis sensibus respondentes: quo-  
rum actibus, modus quidam orandi, circa præ-  
dicta mysteria, valde utiliter exercetur, sic:

**V**ISIÖ est lumen FIDEI, qui, et si tanquam

S 2 in spe

I.



in speculo & ænigmate, perspicimus tamen  
quæ Deus in unoquoq; mysterio reuelauit:  
actus, admiratione & mora quadam, exer-  
tes, (eo modo, qui in Meditat. 34. prima Pa-  
est positus) ipsi Infantulo I E S V dicentes:  
*Domine adauge mihi fidem*: eamque viuimus  
ut ita coram te viuam, atque si præsentem ce-  
nerem.

## II.

**b Psal. 56.8.**

*Avditus*, est virtus OBEDIENTIA:  
qua audire decet, quæcunque Deus iubet, ut  
in eo mysterio verbo exemplo confidit:  
me ipsum itaque ad id præstandum magnis  
leritate & promptitudine, offeram: **b Psa-  
tum**, dicens, *cor meum Deus, paratum in  
meum*, tibi obedire: iube quod vis; sed da quod  
iubes, ut eo modo exequar, quo tibi placeam.

## III.

**b Rom. 15.13**

*Odoratus*, qui absentia percipit ac-  
stantia, est Virtus SPEI, quæ nos diuinarum  
promissionum certitudine confortans, ante-  
quam eas videamus aut obtineamus, sperat  
iubet, quod orationes nostras exaudiens, quod  
gratiæ suæ iuuabit auxiliis, quod mei rerum  
que mearum curam geret, & quod licebit ei  
ius exempla imitari, & assequi præmia; & alia  
quæ in eo mysterio referuntur, ad huius virtu-  
tis obiectum spectantia: ut proximè citato lo-  
co dictum est. Quare illud dicam Apostoli: **b**  
*Deus spei, reple me omni gaudio & pace in-  
dendo ut abundem in spe & in omni virtute ci-  
plete nitidine spiritus sancti*, Amen.

## IV.

*Gustus*, est DEVOTIO cum amore, ad qui-  
spectat saporem in Dei rebus inuenire. Ga-

deo



debo itaque, tum quod Deus sit is, qui est: tam de excellentia & virtutibus eius, quae in eo mysterio eluentur: & studebo gustum & oblationem in eius imitatione & seruitio inuenire: omni, qua liebit, animi deuotione, cum Propheta dicens: c *Ego autem in Domino gaudium ab eo.*

*debo, & exultabo in Deo Iesu meo.*

TACTVS, est CHARITAS perfecta, quae dilectio suo coniungitur, utrisque illum vlnis amplectens, Dei videlicet & proximi amore, omniumq; rerum, quae illi placent: mihi vero in eo solum complacens, quod ipsius spiritui meus coniunctus sit; eiusq; cor, meo tanquam sigillum impressum. O DILECTE animæ meæ, qui iubes, ut d *ponam te ut signaculum super cor meum,* quod eius affectus & opera tuis sint quam simillima: coniunge te mihi, ut & ego tibi coniungar in secula, Amen.

I.

## MEDITATIO XXVII.

## DE FUGA IN AEGYPTUM.

## PUNCTVM I.



ONSIDERANDA hic sunt: Persecutio in Christum Dominum recens natum excitata: eius causa: & media, ad euadendum, accepta.

Matt. 2.13.

PRIMVM igitur perpende, permisit Deum

S 3 vt H.

V.



ut Herodes Rex a diabolo instigatus, & a gratiam etiam Iudæi, Christum Dominum cens natum ad mortem persequeretur, dura sa licet intentione. Nā Herodes id animo ceperat, quod timeret se ab eo, Regno suorum porali, exturbandum: Iudæi, quod ipsi Herodi, tanquam suo tunc Regi assentarentur: Dolus huius mundi Princeps, id mollescit, quod ab infante isto prodigioso, insigne liquod detrimentum vereretur. Sed etiam Pater ad altiores hæc omnia fines dirigebat volens filium suum, a pauperē esse & in labiis à tuuentute sua: & ut Simeonis impleveret prophetia, quod esset in signū, cui tradiceretur: & ut ostenderet, filiu suū mundi conatibus & legibus aduersari: mundus, non horret nec persequitur eos, qui ab eius partant; sed ipsi aduersantes: Item, ut in hoc filio Dei exēplo, quasi expressa viderentur, & promittivæ Ecclesiæ exordia, & animarum sanctorum pietas: quæ ut statim atq; intra se Christi conceperunt, eundē actionibus piis exercitare manifestare student: ita ab infernali Dracone persecutiones sustinere coguntur: ille n. & io-

c Apoc. 12. 4 anne teste, cstat ante mulierē, animā scil. iustitia ut filiu eius deuoret, & Christi spiritum exhibuat, ne clarissimis virtutum exercitationibus adolescat. Hæc mihi & admonitioni & consolationi esse debent: cùm occasione virtutis de boni ac pīj alicui⁹ operis, persecutionē experiar, memor eiusdē Christi ad discipulos honestentia: d Non est seruus maior Domino suō.

d Ioan. 15.

20.



me persecuti sunt; & vos persequentur, & cùm  
Apost. vniuersalem legem statuisse videatur:  
e Omnes qui volunt piè vivere in Christo IES V,  
persecutionem passuros: non docet, me exem-  
ptionem ab ea querere; sed, quas Dœmon per  
se, suosque ministros, huius mundi homines,  
contra me excitauerit, moderatè sustinere.

e 2. Timot.  
3.12.

DE INDE considerandum: Etsi varijs mo-  
dis potuisset se Christus ab ea persecutione  
expedire, Herode v. g. è medio sublato, aut se  
ipsum inaspectabilem reddendo, aut alia simi-  
li ratione; elegisse tamen fugam (quæ impotē-  
tiæ ac debilitatis est indicium) duplici potissi-  
mum ex causa. PRIMA, quod quemadmodū ad  
Natiuitatem suā in mundū, omnes, quas in Na-  
zareth habere poterat cōmoditates, reliquit;  
sic toto Infantia sua tempore eas voluit rejice-  
re, procul à cognatis & sibi notis discedendo.  
Eādem etiā causā, cùm fuga esset arripieđa, etsi  
potuisset ad Magorū regionē se conferre, apud  
quos notus & in honore habitus fuisset: potius  
in AEgyptum ad alienos plane & inimicos se  
contulit; quò plura incōmoda tolerandi occa-  
sionem haberet, hoc me docens exemplo, car-  
nis fugere blandimenta; non querere ab alijs  
agnosci, aut in honore apud eos haberi: sed  
gaudere potius in occulto esse, donec me Deus  
velit manifestare. SECUNDA fuit causa fu-  
gæ in AEgyptum, vt eādem viâ, Genti benefa-  
ceret, quæ Idololatra, & à Deo erat dereli-  
cta: implere iam incipiens, quod prædixit  
Isaias: f Ecce Dominus ascendet super nubem f Isiae 19.1

## II.

S 4 leuem,



leuem: & ingredietur AEgyptum: & commouebuntur simulachra AEgypti a facie eius. Ingens enim Christus Dominus AEgyptu leui humanitatis suæ nube iudutus, & splédidæ nubis matris suæ vlnis portatus, calcare coepit idola, quæ mundus adorat, diuitias videlicet, honores, voluptates: amplecti verò his contraria, quæ mundus contemnit, paupertatem, contemptum, carnis asperitatem & labore. Quo exemplo, perfectionis illius iecit fundamenta, quæ postea in AEgypto ipsa tantoperè claruit: & quam per orbem vniuersum disseminauit: totum illum, in primitivæ suæ Ecclesiæ, & Apostolorū discipulorumq; congregacionis nube, peragrans: quam in hodiernum diem plantare & fouere non cessat. O DVL CSSI-  
M E I E S V, qui in leui quoq; Sæctissimæ Eucha-  
ristiæ nube, quotidie fidelium tuorum animas  
ingrederis, etiam tenebris oculis cordis mei  
AEgyptum ingredi ne prætermittas: & terrena-  
rum affectionum, quæ in eo coluntur, idola  
deiice: ut ex nunc ea diligam solùm, quæ tu di-  
ligis: & quæ tu reiicis perhorrescam, Amen.

IN eadem hac Christi in AEgyptum fuga, ob  
Herodis persecutionē, proponitur nobis pri-  
mæ Ecclesiæ specimen, Iudeorū persecu-  
tionem fugientis, & ad g desertum, hoc est, ad  
Gentes migrantis, fidem legemq; Christi feci  
deherentis: & vniuersim, si vel vnicus homo  
ipsum peccatis suis persecutus, sole teū fuge-  
re: & ad alium, qui ipsū recipiat, se conferre.  
Quare, si Christus in anima mea natus est, co-

*g Apoc. 12. 6.*



naber omnino ita me componere, ne mei animi perturbationibus ac vita remissiore illum persequens, dignus sim, quem ipse deserat, migraretque ad alium, qui mihi h. coronam eripiat.

h Apoc. 3,11.

## P V N C T V M II.

**A**NGELVS Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in AEgyptum; & esto ibi, ysque dum dicam tibi. Futurum est enim, ut Herodes querat puerum, ad perden-dum eum.

CIRCA hanc reuelationem consideran-dum, quis hoc fugiendi præceptum imponat, quis enuntiet, cui iniugatur, & quibus verbis. Qvi p̄cipue mandat, PATER æternus est, vt prouidentiam erga vnigenam filium ostendat. Etsi enim statuisset, eum pro hominibus mori: quia tamen necdum tempus & hora ad id constituta peruererat, curæ illi fuit, eum ab intempestiu morte liberare: vt nos etiam doceret, adoptiuos quoque filios sibi curæ es-se, propter amorem, quo naturalem hunc pro sequitur. Qui mandatum intimauit, ANGE-LVS fuit, eiudem Dei, & æterni Patris volun-tate ad id destinatus: vt hanc obediendi ratio-nem discamus, qua vult Deus, sibi in mini-stris suis obtemperari; quibus non solùm in se diuinam exequi voluntatem incumbit; sed eandem etiam alijs, Dei nomine nuntiare. Quod postea Christus ipse distinctius docuit:

S S

a Qui

I.

II.



a Luc. 10.16 a Qui vos, inquit, audit, me audit: & prius inf.  
b Malac. 2.7 nrauit per Prophetam. b Labia sacerdotis cu-  
stodiunt scientiam, & legem requirent ex on-  
eius: quia Angelus Domini exercituum est.

## III.

B T propterea I O S E P H O & non Virgin  
intimatur Dei mandatum, quia familiæ illius  
ille erat caput: volebatque Deus B. Virginem  
Iosepho in ijs obedire, quæ ab Angelo, Dei no-  
mine se diceret accepisse: & permitteret se in  
eiusmodi ab eo gubernari, quod & fecit quam  
promptissimè; nihil morata, quod non sibi, sed  
Iosepho sponso suo fuisset facta reuelatio: non  
enim eo spiritu ducebatur, quo altera illa Ma-  
ria, quæ dixit: c Num per solum Moysen locutus  
est Dominus? nōne & nobis similiter locutus est?  
D iscam itaq; hanc humilitatis, & obedientie  
rationem à Virgine Beata, vt libenter ab alio  
gubernem; & æquo accipiam animo, maiores  
aliorum, quam mei rationem haberi: eamque  
maximam felicitatem meam existimem, si di-  
uinam cognoscā, & exequar voluntatem: siue  
ea mihi ab ipso Deo, aut eius Angelis reuelatione,  
siue ab homine, quem Dei loco habeam,  
innotuerit. Nam et si primum videtur glorio-  
sus; in secundo tamen exercetur magis humili-  
tas: dum iudicium nostrum & voluntatem,  
non Deo tantum, sed homini etiam propter  
Deum subiicimus. Nec minus claruit B. Virgo  
suo parens sponso, quam ille Angelo, aut An-  
gelus ipse Deo. O Deus æterne, concede mihi:

d Pet. 2. 13. d omni humana creatura propter te subiectum  
esse; & omnibus, quæ per homines mihi iusse-  
ris,

MIC  
F DE RON  
R P A L E

c Num. 12.



ris, parere, sicut in cœl is tibi Angeli ad nutum parent; & voluntatem tuam eo feniore in terra exequi, quo illi exequuntur in cœlo. Amen.

## P V N C T V M III.

**C**ONSIDERANDA sunt etiam verba, quibus Angelus, Dei mandatum, Iosepho denunciauit: quæ grauia in primis fuerunt, brevia, & cum imperio, ac circumstantijs, ad S. Iosephi obedientiam probandam accommodatis. Hac enim ratione consueuit Deus, viris perfectis suam voluntatem manifestare, ut exerceat ipsos; tum, ut ipsi obedientiæ perfectæ alijs exemplum præbeant. Sicut alter quoque Angelus similibus ad Abram verbis est usus, dixit enim: a *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi.* Et eidem iterum: b *Tolle filium tuū unigenitum, quē diligis Isaac, & offer eum in holocaustum super unum montium, quem monstrauero tibi.* Ide oque sine ambagibus aut præambulis, (quorum inter mundi huius homines vulgaris est usus) non rogantis, sed impetrantis more; *Surge, inquit, & accipe puerū, & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi usq; dum dicam tibi.* Expende hic circumstantias illas, quæ quod executionē difficiliorē reddebat; eò ipsam obedientiā magis exaltabant. PRIMVM enim nocte, cùm Ioseph dormiret quiesceretque, obedientia illa iniungitur; quo tempore solent

homi-

I.



homines maximè horrere labores : vt disca-  
mus, etiā in media quiete, paratos nos esse de-  
bere ad labores; semperq; promptos ad lectum  
& quietem, cùm Deus iussit, deserendū: vt  
in eo, quod præcipit, obtemperemus. sicut  
*Samuelē*, ter quater, nocte, ac dormientē vo-  
cauit, etiam si promptum ille se primō ac se-  
cundō exhibuerit, surgens ē lecto: sed ita Deus  
eius obedientiam exercebat, vt in propriā vo-  
luntatis abnegatione proficeret.

## II.

DE INDE, iussit Angelus, puerum & eius  
matrē tantū accipere; ceteris personis, sup-  
pellectili, rebusque alijs temporalibus reli-  
ctis: quò minori strepitu, nec aduententibus  
alijs quid faceret, expeditiū posset crudeles  
Herodis machinationes euadere. Ex quo di-  
cam, quid me facere deceat, dum à Deo iubeor,  
mundum & peccatorum occasions fugere; et  
iam temporalibus commoditatibus, quæ re-  
morari me possent, relictis: nam, si puerū I-  
S V M e usque matrem mecum habuero, quid  
mihi deesse poterit? O I S V dulcissime, tecū  
fugere, mihi laboriosum non est: omnia, quæ  
huius mundi sunt, relinquere, te mecum com-  
morante, graue nō erit: nam, si te habeam, ybi-  
que contentus ero, vbiq; diues. O anima mea,  
accipe puerum I S V M & matrem eius; ipso-  
rum enim te protectioni committenti, serioq;  
eis seruienti, nullum pertimescendum est pe-  
riculum.

## III.

TERT'Ò, Prouinciam, quò fugeret, designa-  
uit A E gyptum, barbarorum regionē, Hebro-

rum



rum inimicam. Complacet enim sibi Deus, quod eius Electi, Religiosi præcipue, in eo sint loco, quem ipse illis designat; non quem ipsi, inani leuique appetitione præeligunt. Debent enim sibi persuadere, securiores, magisq; contentos, & maiori cum spirituali profectu se in loco, in quo à Deo collocantur futuros et iamsi incommodus & periculo expositus ipsis videatur; quam si locum ipsis sibi eligant, qui securior aptiorque ipsis esse videatur. Nam veram animæ securitatem nō locus adfert aut angulus, sed protectio Dei; quæ me etiam in Aegypto turabitur, si ex obedientia in ea verser; non verò ita in terra Israel, si in ea ex mea voluntate hæream. Ideò David: d *Beatus*, in-  
quit, *vir, cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo dispositi, in valle lacrymarum, in loco, quem posuit.* fatetur beatum illum profecisse & creuisse, non in loco, à se & arbitratu suo electo, sed à Deo const. tuto.

QVAR T D. quod ad tempus in templo manendi, suspensum reliquit animo: nam solum dixit: *est o ibi, usque dum ducam tibi.* neque Deo placere potest (vt Virago illa & sancta Iudith optimè dixit) eponi à nobis tempus miserationis eius, & in arbitrium nostrum diem sibi constitui: maxime cum de consolationibus & tribulationibus, de occupationib⁹ & officijs nobis iniunctis, aut imponendis agitur: sed inter suo id à nobis requirit, vt nos ipsos abnegantes, in eo loco, & tamdiu esse velimus, in quo & quamdiu ipsis placere cognoscemus; qui

d *Psal. 83.*e *Lud. 8.11*

multo

## IV.



nultò melius nouit quām nos, quid nobis expedit: idque cupit vehementer, vt ipsius prouidentiæ gubernationiq; fidamus. Cūm enim dixit: *Esto ibi usque dum dicam tibi*, aperte significauit, curæ sibi fore, in tempore id significare. Quid igitur securius, & magis ad rem meam esse potest, quām posse me fōnnem solitudinem deponere, & pacatissimo esse animo de me rebusque meis, scientem, *Deo & Angelis eius, me & illas cura esse*. O D E V S, ad nostra omnia attentissime, cur non totam meam solitudinem in te coniijciam; cum mihi constet, quām sim tibi curæ?

V.

QVINTÒ, Rationem reddit Angelus mandati sui: *Futurum enim, inquit, est, vt Herodes querat animam pueri, ad perendum eum*. In quo etiam confirmat, quantam suorum curam gerat, qui ante pericula remouet, quām euéniant, mediaque inspirat, ea euadendi. Et quāuis idem Dominus interdum aliqua seruis suis non reddità mandat ratione, præcipiat: (sicat Ahraham in prædictis occasionibus) quo discent, non ob rationes, propriasve commoditates; sed simpliciter ac purè, propterea quod ipse iubeat, obedire: interdum tamē rationem illis adfert, cur ita iubeat; (vt S. Ioseph hic fecisse apparet) vt maiori suauitate, quod in iungitur, executioni mandetur. Nec propterea obedientiæ perfectioni aliquid decedere censendū est, cūm is qui audit, propterea præcipue obtemperet, quod Deus iubeat: reddità verò sibi ratione præcepti, maior accedit in

exc.

MEN  
DE PON  
RIBUS.



executione iucunditas. Sicut enim fides diuina reuelationi præcipue Dei innititur ita, ut ijs, quæ proponuntur, propterea credamus, quod Deus illa reuelet: si tamen hoc iacto fundamento, ratio aliqua, cur ita se rem habere credamus, accedat; maiori suauitate creditur, & mens in fide robatur. Ita, inquam, obedientia, præcipue Dei imperantis nititur voluntati: ratio autem, cur ita iubetur, adhibita, iucundiorem ipsam reddit executionem. Quod si mens mea, adductæ rationis vim & pondus non assequatur, iudicium suum resignet necesse est: quod perfectæ obedientiæ ratio constet. Id quod S. Iosephum hic fecisse, mox apparebit. Ex his considerationibus discam: si perfectus esse cupio, id hac me dispositione maximè ostensurum; quod superiores mei & confessarij liberè possint mihi præscribere, quæ expedire iudicauerint; & eo modo, quo voluerint; nihil veriti, aliquid me eorum, quæ inungent, intermissurum. Sicut Apostolus ad Philemonem scribens: g *Confidens, inquit, in obedientia tua* Ad Phil. vers. 21.  
*scripsi tibi: suscipe illum (Onesimum,) sic ut me; sciens quoniam & super id, quod dico,*  
*ficies.*

## PUNCTVM IV.

**Q**VI (Ioseph) consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte: & secessit in AEGYPTUM. Exprimitur hic perfectissima Quatuor perfectæ obedientiæ gradus.

S. Io-



S. Iosephi obedientia, quam me decet pro viri  
bus imitari: complexa est enim quatuor per-  
fectionis gradus, quos haec virtus habere po-  
test.

I. PRIMVM, magnam ostendit IV DICII RE-  
SIGNATIONEM, diuinæ illud ordinationi  
absq; replica vlla submittendo. Etsi enim adser-  
re potuisset; quod sauviori alia ratione pericu-  
lo puer eripi posset: aut, si fuga esset omnino  
capessenda, ea non in AEgyptū, sed in Arabiā,  
aut Samariam, vbi commodius puer haberet  
suscipere: nihil tamen tale proposuit; sed suum omnino subiecit iudicium, tacensq; Dei  
ordinationem veneratus est, & amplexus: nul-  
lā etiam circa agenda proposita interrogatio-  
ne, aut curiositatis edito indicio, qua aliud  
quippam ab Angelo scire cuperet: sed ad li-  
teram, (vt dicitur) Sapientis est secutus consi-  
lium dicentis: a Altiorate ne quasieris: sed que  
præcepit tibi Deus, illa cogita semper: & in plu-  
ribus eius operibus, ne fueris curiosus.

II. DE INDE, magnā ostendit VOLUNTATIS  
PRÆMPTITUDINEM, in re satis difficultate:  
deserenda patriā, domo sua, cōmunicatione cum  
suis; eundo vēd tanquam exul ad regionem  
Alienā, ignotos, inimicos magnā interim rerum  
necessiarum inopā. Quibus omnibus diffi-  
culturibus, proprietq; voluntati diuinam præ-  
tulit; idque maiori perfectione, quam Abrā-  
ham; qui etsi, vt obediret Deo, exiuit è terra &  
cognitione sua; magnam tamen famulorū ca-  
teruam, diuitiasq; multas secum accepit.

TER.

a Eccl. 3.22.



TERTIÒ, in EXECUTIONE ipsa Celer fuit ac festinus: nam, accepto Dei mandato, non hæsit amplius in lecto, non prosecutus est somnum; sed mox consurgens, reuelatione. Ú B. Virgine communicata, itineri se dederunt; omnibus, quæ illic habebant, relictis & quod obedientia esset exactior, fugaque occultior ipsa nocte exiuerunt, cui rei nox erat opportunitior.

QUARTÒ HILARIS fuit obedientia: existimare enim licet, quamuis iter prolixum esset, ac laboriosum ob temporalium rerum inopiam, aliarumq; commoditatum defectum, alacri tamen illos animo illud peregrisse, nec difficultates illas præ interioris gaudij magnitudine sensisse, quod ex dupli causa oriebatur. PRIMA, quod eam scirent esse Dei voluntatem: quam pro summa consolatione ducebant: SECUNDA, quod IESVM secum ducerent: qui comes, sufficiens erat, eos in qua cunq; solitudine & desertione cōsolari, etiam nullo leuamine eo: ú, quæ alijs peregrini quærere solent, exhibito. O Deus omnipotens, qui dilectis hisce sanctis tuis calem dedisti obedientiæ perfectionem: eorundem intuitu meritisq; peto, ita mihi gratiā tuā assistas, vt tum iudicij mei abnegatione; tum voluntatis prōptitudine, executiōis celeritate, animi, cordisque lætitia; eoq; puro fine, vt tuā exequar voluntatē, tibi semper obediā, tuā me totū subiiciens prouidētia; quæ, ita perfectè tibi obtemperantis, semper curam paternam geret.

II. Part. Medit.

T

PVN-

## III.

## IV.

## PUNCTVM V.

**D**ENIQUE considerandum, mansisse eon  
in AEgypto usque ad obitum Herodis;  
quinq; aut forte septem annos; expen-  
denda que insignia aliqua, quae eo tempore cir-  
ca illos gesta sunt.

I.

PRIMVM, in quanta rerum inopia vitam  
ibi ducerent, qui se manuū labore sustentabant;  
in paupere casa, inter alienos & barbaros; &  
magno tamen omnia gaudio tolerantes.

II.

Ex quo tanta illis animi tranquillitas ori-  
batur, vt nec de Herodis obitu, nec de redi-  
tuo essent solliciti: sed omnia sua prouidentia  
diuinē simpliciter committerent.

III.

S& D quoniam Dei honoris erant zelantissi-  
mi, grauiissimum eis erat, gentis illius videlicet  
Idololatriam, ex qua certus ei sequebatur in-  
teritus. De utroq; illud dici posset, quod S.Pe-  
trus de Loth in Sodomis habitante dixit: a  
*a 2. Pet. 2.7.* *Aspectu & auditu iustus erat, habitas apudeos,*  
qui de die in diem animam iustum iniqui operi-  
bus cruciabant. Fas enim est credere, Beatam  
Virginem & S. Iosephum vehementer crucia-  
tos in spiritu fuisse, ob AEgyptiorum peccata;  
quamvis ipsi in medio nationis prauae suā ter-  
uarent puritatem & sanctitatem; eique tan-  
quam coelestes faces illucerent: sicut etiā melius  
credibile, sanctitatem, modestiam, coelestem  
que utriusque conuersationem, barbarorum  
illorum corda emolliuisse; admirationem  
que, & erga sanctos ipsos reuerentiam illis at-  
tulisse;



## DE REDITV EX AEGYPT. 291

attulisse; & aliquos, eorum exemplo adhortationeque ad veri Dei cognitionem & cultum conuersos, ipsos postea sanctos, eleemosynis alijsque muneribus iuuuisse; quz ipsi ut pauperes, sustentationis intuitu acceptabant. O si in eo fuisset exilio, vt filium & matrem comitari, eisdemque seruire licuisset. Adesto mihi, Deus, gratia tua, vt in huius vita exilio, voluntati tuae subiectus conformisque viuam, in lœtitia cordis, bonum semper exemplum illis prebens, quibuscum vixero; vt sic multi, per me, tibi seruire discant. Amen.

## MEDITATIO XXVIII.

DE INNOCENTVM CAE-  
de, & reditu ex AEGy-  
pto.

## PVNC T VM I.



ONSIDERANDVM hic: quo-  
modo a Herodes, timens sibi, ne à

a Matt. 2.16.

Rege, quem Magi natum annun-  
tiauerat, Regno suo spoliaretur,

a videns quoniam illusus esset à  
Magis, iratus est valde, & mittens, occidit om-  
nes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omni-  
bus finibus eius, à bimatu & infra.

PRIMVM cogita, quām sit abominandū am-  
bitionis crimen, & regnandi imperandiq; cu-  
pido; ex quo tam atrocia exoriantur scelera:

I.

T 2 inter



inter quæ illud eminet, quod etiam ipsi Christo vitam eripere satagat, quod debito illi regno, solus Herodes ipse portatur ac imperet. Deinde, quam sit ambitionis proprium ac familiare, suspiciosos esse ac timidos: suspicatur enim, alios eodem morbo laborare; ac propterea granditati suæ insidiari, timentque, ubi timendum nulla est occasio: ut appareat in Herode, timente, sibi à Christo eripiendum temporale Regnum; qui non temporale auferre, sed celestia dare veniebat.

## II.

Deinde, perpende, quo dolore Christus in Aegypto afficiebatur, dum videret, Innocentes in Bethlehem sui causā, adē crudeliter cœdi. Credibile est, eundem, quo quisq; transfigebatur, gladium, ipsius animam compunctione transuerberasse: ac tot propterea ipsum in spiritu tolerasse martyria, quot illi omnes in corpore sunt perpetrati. O Rex Martyrum gloriosissime, qui in his innocentibus, & paternis simul & vincis: compatere tepiditati mea, gratiaque tua me iuua: ut vincas in me, quicquid tibi aduersatur.

## III.

Tertiū, perpende, quantum infantibus illic ex temporali morte, accreuerit spirituale bonum: ea siquidem morte, vitam animæ eternam, certam sibi fecerunt. Ideoq; dilectionis plenam, Christi erga eos prouidentiam fuisse, interpretabimur, qui pro parui momenti vita corporis, felicissimam, eternamque tribuerit animæ. Et hoc nomine gaudebat Christus de pretiosa suorū Martyrum morte; ex qua vita

pre-



## DE CAEDE INNOCENT. 293

pretiosior illis proueniebat: iuxta illud Iob de  
Deo dictum. b *Ridet de pœnis innocentum.* re- b *Iob. 9. 23.*  
creatur enim, cùm aliquid illi temporale pa-  
tiuntur, propter quod amplissima bona conse-  
quentur. Vtinam, Deus meus, aliquid amore  
tui paterer, vt pœna mea risum tibi adfer-  
ret ac lœtiam, & me quoq; sicut hos infantes  
c *raperes, ne malitia mutaret intellectum meū,*  
*aut ne fictio deciperet animam meam: malo*  
*enim mori, quam, ut te offendam, viuero.*

c *Sap. 4. 11.*

## P V N C T Y M II.

D *Efuncto autem Herode: Ecce Angelus*  
*Domini apparuit in somnis Ioseph in AE-*  
*gypto, dicens: Surge, & accipe pue-*  
*rum & matrem eius, & vade in terram Is-*  
*rael: defuncti sunt enim qui quarebant ani-*  
*mam pueri.*

P R I M U M perpende, quomodo Herodes  
voto suo frustratus, priùs obierit, quam, quod  
quarebat, obtineret; & quidem infelici corpo-  
ris & animæ morte. Iustitia enim Dei, et si ad  
tempus dissimulat; pro meritis tandem casti-  
gat: & inquis, licet pœna differtur, tandem  
peruenit; & cùm minimè opinantur, mors op-  
primit: ut simul omnia scelera luant. Quid  
Herodi profuit ambitio, quid crudelitas, ac re-  
gni conseruandi solicitude? omnium die uno  
iacturam fecit, & simul animæ, quam absque  
spe remedij æternum flebit, sicut cæteri dam-  
nati, qui dicunt: a *Quid nobis profuit superbia?* a *Sap. 5. 8.*

I.

T 3

aut



aut diuitiarum iactantia, quid contulit nobis  
transierunt omnia illa tanquam umbra, & tan-  
quam nuntius praecurrens, &c. in malignitate  
autem nostra consumpti sumus.

## II.

Psalm. 30.  
6.

DE IN DE, prouidentiam Dei perpendam,  
Angelum è vestigio mittentis, ad hæc Iosepho  
nuncianda ; & ab exilio in eius patriam reto-  
candum. O quam is fuit in fiducia Dei confi-  
matus ! quam læto animo, curam solicitam de  
puero & de se geri animaduertit ! Ex quo di-  
cam, posse me absque solicitudine, rerum mea-  
rum curam in Deum coniçere, b*in cuius ma-*  
*nibus sortes meæ & tempora, successusque pro-*  
*speri & aduersi; quos, vt magis mihi expediet,*  
*disponere in se recipit. O Pater benignissime,*  
*quam es pro filijs tuis solicitus ! omnes curas*  
*meas iuste coniçio, siquidem tibi sum cura.*  
*hanc solam curam deponere nolo, tibi seru-  
endi ; vt tu vicissim curam habeas, miserijs*  
*meis remedium adferendi.*

## III.

TERTIÒ, & illud expende, nec in hac, nec  
in priori revelatione Angelū usurpasse B. Vir-  
ginis, aut proprium, aut sponsæ nomen : sed  
puerum, inquit, & matrem eius : vt discamus,  
gloriosissimum Virginis huius nomen esse  
MATREM DEI : quo nomine etiam Euange-  
listæ, vt plurimum eam appellant. quos & nos  
meritò imitabimur, nominis huius excellen-  
tiā venerantes, & in eo exultantes. O Mater  
Dei, beata es felicissimo hoc nomine : fac nos  
dignos eius filios, qui te voluit habere ma-  
trem.

PYN.



## PVNCTVM III.

**S**i oseph consurgens , accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel: Audiens autem quod regnaret Archelaus in Iudea pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis secessit in partes Galileeas: & veniens habitavit in ciuitate, qua vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum est per Prophetas: quoniam Nazareus vocabitur.

PRIMVM est considerandum, quid ciuitas illa senserit, in qua tam diu hi sancti manserat, cum eos cernerent discendentes: quorum sancta vitae consuetudine multum recreabantur, illi maximè, quos ad veri Dei cognitionem conuersos fuisse, fas est credere.

DE IN DE attende, S. Iosephum consueuisse in dubiis suis ad orationem recurrere; Deumque vel ad eius nutum paratum fuisse, ut eum exaudiret atque a dubiis expediret. Disce itaque in dubiis tuis, confidenter ad eundem in oratione recurrere. si enim sincerè veritatem agnoscere cupis; Deus, ad eam assequendam, certò mentem illustrabit.

TERTIÒ, perpendam, nomen illud Christi, Nazareus; quod à ciuitate, in qua fuit conceptus, & postea etiam enutritus, accepit: significat enim Sanctum, vel Floridum, ut vel ipso nomine significetur, futurum ipsum eminenter Sanctum, & sanctum sanctorum; & Floridum in omni genere florum, admirabilium virtutum; Deo dicatum, qui nullam

I.

II.

III.



aliam in mortali hac vita occupationem admitteret, quam circa diuinum obsequium: suos docens exéplo, esse verè spirituales Nazaræos, virtute ad ipsi<sup>o</sup> imitationē claros. Odulcissime IESV, ex toto corde opto, ut te imiter, leges omnes seruare spiritualium Nazarorū, a Abstinere nimis ab omnire, quæ inordinato amore, inebriare me potest: Non tangere morticina vīta, quæ maculare possint animam meam: Non admittere nouacuā in caput meū, quæ cogitationes cœlestes, & affectus spiritus mei abradantur: sed omnes integrè ad diuinum tuum obsequium nutrire; & ut magis magis crescant, procurare. O Nazarē floridissime, ac sanctissime, iuuia me, ut voti huius cōpos euadam: absque tuo enim auxilio, fateor, nec inchoare me posse; nec ad optatum finem peruenire.

## MEDITATIO XXIX.

*D E C H R I S T I A D I E R O S O -*  
lymitanum templum ascensu, &  
quemadmodum in eo re-  
manerit.

## P V N C T V M I.



V M factus esset IESVS anno  
rum duodecim, ascendit cum ma-  
tre sua & Ioseph Ierosolymam se-  
cundum consuetudinem dei se-  
sti.

P.R.

PRIMVM. perpēdenda S. Iosephi & B. Vir  
ginis consuetudo, ascendendi cum filio suo an-  
nis singulis ad templum Ierosolymitanum,  
Paschalis agni celebrandi causa; & quo id spi-  
ritu faciebant. Sanctus enim Ioseph ascende-  
bat, spiritu obediendi: obligabat enim lex: a <sup>a Exo. 23.17</sup>  
*Omne masculinum, ter in anno apparere coram* <sup>Deut. 16.16.</sup>  
Domino, ad prædictam præcipue Agni pascha-  
lis celebritatem. Virgo sanctissima (quam lex  
illa non astringebat) deuotionis spiritu ascen-  
debat, ut ea celebritate Deum glorificaret.  
Puer IESVS, tum ut parentibus obtempera-  
ret, qui secum accipere eum volebāt; tum præ-  
cipue amoris erga æternum suum Patrem spi-  
ritu, libenter ad Templum proficiscebatur, ut  
illum in eo glorificaret. Omnes denique spi-  
ritu gratitudinis, qui finis erat legis, ad ascen-  
dendum excitabantur: ut cum tota plebe, pro  
beneficiis acceptis, Deo gratias agerent. Erant  
autem omnibus admirationi ob sanctitatem,  
quam siue in itinere, siue in Templi ingressu  
præferebant; ob pietatem deuotionemque er-  
ga locum & cæremonias exhibitam. Nam etsi  
ascendendi consuetudinem seruabant, non ta-  
men ex consuetudine sola, vel pro forma, ut  
dicitur, sed nouo semper spiritu & interno  
sensu ascendebant; atque si tunc primū ascē-  
derent. Et in hoc imitandi mihi sunt sancti isti  
ut bonas Ecclesiae consuetudines studeam ad  
vnguem seruare: & in omnium virtutum a-  
ctionibus acquirere consuetudinē: ita tamen,  
ne consuetudine tantum, & ad oculū, aut quod

T 5      alios



alios idem præstare videam, eas exequar; sed  
eo semper spiritu, quem illæ exigunt, ut ver  
sint actiones virtutum.

*Obseruetur etiam hic S. Iosephum, IESU  
patrem appellari, quod talis ab omnibus tunc  
haberetur.*

## PUNCTVM II.

**C**onsumatis autem diebus, celebritati de  
stinatis, cum redirent: remansit puer Ie  
sus in Ierusalem: & non cognoverunt pa  
rentes eius.

**I.** PERPENDENDA B hic sunt cause, que il  
lum ad sic remanendum impulerunt. PRIMA  
fuit, ut ostenderet, q̄ libenter, quod in se erat,  
semper maneret in domo Patris sui cal'efitis, in  
qua melius quam puer Samuel, patris obsequio  
se totum impenderet. cuius voluntatis hoc  
dedit indicium, cum duodecim esset anno  
rum: quo tempore reliqui homines, perfectio  
rem incipiunt rationis usum habere. Ex quo  
discam, quanti referat ad virtutum exercita  
tionem, à prima ætate iis affici, & assuēscere,

a Thre 3,27 iuxta Ieremiæ sententiam: a Bonum est ita,  
cum portauerit iugum ab adolescentia sua.

**II.** DEINDE, diuino consilio, parentibus in  
scis, remansit: ne, vel ipsis id negantibus ino  
bediens manendo, ut statuerat, videretur; vel  
eisdem annuētibus, sed simul manentibus, im  
pedimento illi essent, quominus præstare pos  
set quod ad æterni Patris gloriam facere de  
creuerat: ideoq; illis potius insciis remanere  
solus voluit: duo nobis magni momenti relin  
quens



quens documenta. AL TER V M, qua ipse esset, ac porrò nos etiā esse deceat, à carne & sanguine à parentū, amicorum, & notorū carnali amore liber os; ac meritò eos relinquere debe re, quando æterni Patris obsequium, curaq; & attentio ad illud, hoc à nobis exigūt: & ut ipsi siue parentes sint, siue huius mundi amici, intelligent, non diutius nobis apud ipsos marē dum, quām Dei fuerit voluntas. AL TER V M: si prævidero, parentes aut amicos impedimē to mihi futuros, quod minus, quæ Deus à me requirit exequar; siue id illi ex ignorācia, sine zelo bono, aut malo faciant, optimum esse nihil illis significare eorum, quæ ad Dei gloriam, & nostram spectant salutem: sed omnino relinquere, etiam dolentes, & flentes: etiam si pro autoritate sint me postea reprehensuri, & factum meum improbatu. Decet enim virili animo calcare omnia, vt Dei voluntati satisfaciam: iuxta illud quod scriptum est. b Deu. 33. 9.  
*Qui dixit patrī suo & matri suā: nescio vos: & fratribus suis, ignoro illos: & nescierunt filios suos. His custodierūt eloquū tuū, & pactum tuum seruauerunt. Alioqui facile nobis obiicit C H R I-  
 STVS: c Qui amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus. O puer dilectissime, eru-*  
 besco, dum adeò me carni & sanguini deditum cerno, vt cœlestis Patris voluntatem facile præteream, ne parentes aut carnales amicos contristem. Da mihi, quæso, ita virilem, animum, vt amore tui, omnes relinquam: d Deo que potius obedire eligam, quām hominibus: & huma

b Deu. 33. 9.

d Act. 5. 29.

*Eph. 4.30. humanum, quam divinum & e sanctum finitum contristare.*

## PUNCTVM III.

TERTIo, perpendam, Christum Dominum nostrum zelo illo suo, quo tenebatur, salutis animarum, voluisse specimē aliquod sapientiæ & gratiæ, qua plenus erat, apud legis Doctores præbere: id quod in templo in medio ipsorum admirandā fecit modestia, humilitate, discretione, diuinique amoris zelo; modo quodam ætati suæ accommodato, eiusdem virtutes patefaciendo. **M**ONSTRIAM enim præ se ferebat in vultu, & verborum ac morum grauitate: quæ adeò eminebat, ut Doctores permouerit, ad eum ad sui disputationem admittendum. **H**UMILITATEM adeò coluit, ut cum Doctorum omnium Doctor esse posset: non tamen, nisi ut discipulus, ad eos ingressus se gesserit, interrogas eos, & audiens, instar discentis. **D**ISCRETIONEM patefecit, ita interrogans, taliaque vicissim respondens, ut eius prudentiam, ad stuporem, omnes admirarentur. **Z**ELVM denique in eo habuit, quod non ad inanem sapientiæ ostentationem, sed ad gloriam æterni Patris, & animarum salutem hæc omnia dirigebat: & præcipue ut superbi aliqui ex illis Doctribus, tanto sapientiæ ipsius splendore confunderentur; humiles vero, eodem illustrati, aduertérent propè iam esse redemptionem suam. **O** bone IESU, ætate puer, sapientia plus



plus quam vir mansuetudine Agnus, sed discretione pastor! vehementer gaudeo, cum te video, grandiorum istum gregem pascere, æternæ vitæ eis oblatæ pastu, iuxta illud quod scriptum est: *a Et puer parvus minabit eos.* O SI adfuissem, & interrogaciones, responsa- *a Isaia 11.6.*  
que tua admiranda audire licuisset! Repete ea, quæso Domine intus in corde meo, ut earum fructu mihi gaudere liceat. Ex hac consideratione magnum concipiam, quatuor hæc virtutes imitandi, desiderium: simul in Dei conspectu erubescens, ob earum in me inopiam: nominatum verò modestiæ & humilitatis: quodque verbis gestibusque scientiam, quam reuera non habeo, audeam ostentare: & rerum ignarus, discere recusem, quæ scire referret: & alios docere velim, quæ nunquam didicerim.

## P V N C T V M IV.

**Q**UARTÒ considerandum, quid puer hic adorandus ac summè prædicandus, tri duo illo fecerit, quo abique suis parentibus fuit Ierosolymæ. Licet enim existimare, reliquum tempus ab eo, quod cum Doctribus in templo expendit, in perpetna quadam vigilia, & ad æternum Patrem pro salute mundi oratione consumpsisse. Est enim credibile, eum in ipso templo pernoctasse; terram pro strato, & scamnum pro cervicali habuisse: comedisse item aliquid, quod eleemosynæ nomine

I.

II.



## III.

nomine ab aliquo accipiebat: aut certè, quod  
temporalium commodorum esset contem-  
ptor, sine cibo ullo permanisse. Illud verò  
certum, grauem illi fuisse, multorum in eo  
loco irreuerentiam; & peccata, quæ siebant.  
Habebat enim etiam tunc æquè inflammaram  
zelum honoris Patris sui, atque cum S. Ioan-  
a Ioh. 2. 17. nes de eo dixit ex Psalmo: a Zelus dominus ihu  
Psal. 63. 10. comedit me.

## MEDITATIO XXX.

*QVID B. VIRGO EGERIT,  
donec filium suum in-  
uenit.*

## PUNCTVM I.

a Lyc. 2. 43.



ON cognouerunt parentes eius,  
quod puer Iesus vs Ierosolymis  
remanisset, existimantes autem  
illum esse in comitatu (utique e-  
nim, eum apud alterum esse, existimabat:) ve-  
nerunt iter diei: vesperi autem in diuersorio,  
aduertentes non adesse, requirebant eum inter  
cognatos & notos, & non inuenierunt.

PERPENDENDA hinc est diuina dispositio,  
quæ hos duos Sanctos, absque villa eorum cul-  
pa, in exercitatione pia, quam diuini honoris  
intuitu præstabant; in re, quam ipsi maximè  
sentirent, amissione videlicet filij talis, affi-

givit



givoluerit. Sed ideo tamen Deus hanc misit tribulationem, ut patientiam, humilitatem, feruentemque diligentiam, & alias virtutes ipsi exercearent, quæ in eisdem ad exemplum etiam nostrum valde eluxerunt.

PATIENTIA enim eluxit, quod in tanta occasione non ita turbati sint, ut internam animi pacem perderent, aut conquererentur de Deo: sed grauter quidem, ut res ipsa postulabat, ferentes: se totos diuinæ ordinatiōni submittebant. Eorum HUMILITAS apparuit, quod culpam aut incuriam propriam, etiam cum nulla esset, metuebant: minimum autem, propterea id euenisse interpretabantur, quod indigni ipsi essent, apud quos talis filius ac Dominus maneret: ideoque, aliam fortè vitæ rationem, ipsis relictis, iniire decreuisse. DILECTIONEM ostenderunt; quia statim, atque eum non adesse deprehenderunt, magna solitudine, doloreque; ad eum querendū se accinserunt: tum ne lux obligationi, qua ratione officij tenebantur, deessent, tum quod amor illos vigeret. Sed inter cognatos & notos cū querentes, minimè inuenierunt: quia, propter alios cognatos, Christus matrem suam non reliquisset. Tribus his virtutibus quartā, feruentis prolixæque ORATIONIS, adiunxerunt. Sed quam tristis B. Virgini fuerit nox illa! quam graue, solam se absq; filio esse! quomodo totam noctem meditando, gemendo ut columba, feruenter orando consumpsit! æterno Patri supplicando, ne tam cito ipsius

I.

II.

III.

IV.

curæ

curæ filium hunc suum subtraheret; sed, ut ipse curam eius gereret, ubi ille tunc esse; tūne differret eum ipsi reddere. O Virgo excelsissima, pericula maris ingreja es; nec aliud propterea remediū super est, si q̄ orare. Martib⁹ est amarum, & tempestatibus turbatū, dilecti tui amissio: tristitia fluctus ad cor tuum usque penetrarunt: variis curis distractum tenet: noctis tenebrae gressibus tuis oblitus: & immersæ instar, in defolationis abyssō hæsitas, Quoniā verò nullū in terra inueuis leuamen: spei anchorā proiicis in cœlum, orationis funiculis alligatā, inde remedium sperans. Nec frustrabitur fiduciam tuam cœlestis gubernator, qui Pater tu⁹ est, nesciēs amare, & deserre: nec in ipso sperātes, in æternum repellere.

*Dei ab anima absentia.*

b Job. 9. 11.  
21.

I.

Ex hoc euentu eiusq; causā, eleuandus mihi est spiritus ad mysterij, quod in ea significatur, considerationem; ac quemadmodum perpendendum, Deus Dominus noster sapse sese subtrahat, nobisq; nec agnoscitibus, nec aduertētibus, occultet, iuxta illud Job: b Sive nerit ad me, non video eum: si abierit, non intelligam: si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quæ ignorantia tota die durare solet, donec vespri aperiatur: vt B. Virginis & S. Iosepho hic euenisse appareat. Sed variis id modis contingit.

P R I M V M ob peccatum aliquod lathele occultum, quod ignorantia accidit culpabili, aut instinctu Dæmonis pallio virtutis operata. Tunc enim Deus ab eo homine ab

fcedit,



scedit, ipso ignorantे. & huiusmodi ignoran-  
tia durat interdum toto huius vitæ die, usque  
ad noctem mortis: cùm existimans ille se Deū  
habere; vacuum se & sine eo esse, ingenti suo  
damno ac dolore, deprehendit. Propter quod  
Sapiens dixit: c *Est via, qua videtur homini iu-*  
*sta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.* <sup>c Prover. 14</sup> <sub>12.</sub>

Est autem hæc absentia grauissima, quia eam  
sequitur æterna. Quare orandus alfiduè est  
Deus, ne hac ratione le mihi subtrahat, dicen-  
dumque ei cùm Dauide? d *Ab occultis meis d Psal. 18. 13*  
*munda me Domine: Et e Ignorantias meas ne c Psal. 24. 7*  
*memineris.*

DE INDE, Abscedit etiam Deus ab anima,  
ob occultam eius superbiam, & inanem glo-  
riam, quæ substantiam ipsam deuotionis cō-  
sumit; & amicam Dei præsentiam, ab anima  
repellit: quæ tamen absentia, quamdiu dies  
prosperitatis durat, non aduertitur; quia va-  
nilla gloria etiam in rebus bonis delectat:  
accidente autem nocte aduersitatis & humili-  
ationis, aduertitur Dei absentia, veræq; vir-  
tutis inopia, cùm se homo pusillo abiectoque  
animo experitur.

T R T ID, euenit interdum à secreta Dei  
prudentia sensibilem nobis deuotionem ut  
in humilitate crescamus subtrahentis: idque  
nonnunquam euenit in festis solennioribus,  
& externorum bonorum operum exercita-  
tione. quam absentiam, licet, occupatione illa  
durante, non aduertamus: mox tamen atq;  
nos colligimus, eam deprehendimus & expe-

II. Part. Medit.

V

rimur.

II.

III.



rimur. In huiusmodi autem casu, expedite, aliqui meo peccato eam tribuere; etiam si aperte mihi conscius non sim: atq; cum Davide dicere: *e Prius quām humiliarer, ego deliqui*: Et, *in veritate tua humiliasti me*: Iure enim ob culpas meas hanc sum meritus humiliationem. Siue autem culpā meā, siue omnino innocentia, gratia deuotionis, dulcesq; & amicæ Dei visitationes, mihi subtractæ sint: existimare me oportet, id à diuina prouidentia, ad maius meū bonum ita prouenisse, iuxta id quod idem David eodem loco inseruit: *g Bonum inquit, mihi, quia humiliasti me: vt discam iustificaciones tuas*. In quocunq; horum euentu, exercenda mihi sunt, quatuor illæ virtutes, quæ in B. Virgine & S. Iosepho, in amissione filij elongerunt. altæ videlicet in humilitate iacentæ radices; patientiâ mniendum peccatum; diligentia in Deo querendo & reuocando adhibenda; feruenti frequentique prece Deus solicitandus: cùm sit scriptum: *h Petite, & accipietis: quarite, & inuenietis*. O IESV dulcissime, qui vniuersim dixisti: *Qui querit inuenit*: tantum mihi concede feruoris in solicitanda visitatione & redditu ad me tuo, *vt re ipsa obtineam: iuua me ita te querere, vt inuenire merear, in secula, Amen*.

## P V N C T V M II.

**P**ROXIMO die summo mane B. Virgo & S. Ioseph regressi sunt in Ierusalem requirentes eum: Et factum est post triduum inuenientes eum.



uenerunt illum in templo, sedentem in medio  
Doctorum, audientem illos, & interrogantem  
eos: & videntes, admiratis sunt.

IN hoc puncto consideranda sunt sigilla-  
tim: Tempus, & Locus, in quo IESVM filium  
suum B. Virgo inuenit, comites, & occupatio  
eius: gaudium denique ipsius B. Virginis, quod  
ex filij accepit aspectu, & ex singulis haurien-  
dus est spiritus, qui in eis latet.

TEMPS, fuit post triduum, à quo fuerat  
amissus: ut tot plus minus horas B. Virgo af-  
flictionem ac solitudinem nunc sustinuerit,  
quot in triduo inter Passionem & Resurrecti-  
onem cum viuens, iamq; glorificatus illi IES-  
VS apparuit cuius rei mysterium nos instruit  
quando anima Deum, gratiamve deuotionis  
amittit, non statim eā inueniri: sed vel in pœ-  
nam, si culpa sua illum amisit: vel ad humilita-  
tis & patientiae exercitationem, sese ad tem-  
pus aliquod abscondere: ut ea dilatione, eumq;  
inueniendi difficultate, crescant desideria, &  
in quærendo diligentia: quā dignam se faciat,  
ad quam citius, & copiosior adueniat gratia.  
Ternarius itaque hic dierum numerus docet  
nos, spem amplius erigere, nec desicere, aut  
animum abijcere, quasi diu remediū & cōsolati-  
o differatur: ita enim aliquādo iusti in affli-  
ctione constituti sese erigebant & cōsolabā-  
tur: a Viuificabit nos post duos dies: in die tertia  
fūscitabit nos, & viuemus in confectu eius.

a Osee 6.3.  
mysticē.

DEINDE, LOCVS, in quo IESVS inuen-  
tus, est Templum Domusque Dei, quæ domus

## I.

## II.



et orationis & collectionis, cultui & diuinis  
seruitij operibus dedicata: vt discamus non  
in carne & sanguine, aut in mundi commodis  
& vanitatibus eum querere; sed in Catholi-  
ca Ecclesia, in viuo cordis nostri templo: fa-  
ciendo illud domum orationis, & sanctis  
exercitationibus occupando. Propterea ipsa

**b Cant. 3.1.**

**b Sponsa** fatetur, se non inuenisse dilectum, qui  
Deus est: quod eum in lectulo, & quiete deli-  
tiarum carnis, aut in plateis & viis occupa-  
tionum mundi, quaferit. Inuenitur enim  
dilectus hic, in horum potius renunciatio-  
ne, & reiecta creaturarum consolatione.  
Quamobrem attende anima mea, vbinam

**c Iob. 28. 13.**

Christum queras, si desideras inuenire. **c Non**  
enim, ait S. Iob, inuenitur in terra suauiter vi-  
uentium.

### III.

**TERTIO**, considerandum COLLEGIVM  
illud in quo IESVS erat, quidque tunc ageret,  
cum B. Virgo eo peruenit. Speciali enim pro-  
uidentia tunc erat in medio Doctorum audiens  
& interrogans, vt cognosceret mater causam,  
cur, ipsa relicta, in templo remansisset: & vt  
discam etiam ego, Christum inter Ecclesias  
Doctores facile inueniri: qui sua doctrina di-  
rectioneque rectâ, ad Christum inueniendum  
viam ostendunt; ipsique etiam doctores intel-  
ligant, Deum in medio eorum versari, audien-  
tem quæ loquuntur, & docent: vt, si malè; ar-  
guat & corripiat; si benè, docentes iuuet; nisi,  
culpâ suâ, sibi ipsi desint.

### IV.

**QVARTO**, summum illud gaudium perpen-  
dam,



dam, quo Virgo sanctissima perfusa fuit, conspecto filio, quem amiserat, tantaque solitudine ac dolore quarebat. Liceret illam, quasi è morte ad vitam, die hoc tertio resurgentem videre. & ut Anna illa Tobiae mater, d *Filiū absentiam irremediabilibus larmis fle-* d *Tob. 10. 4.*  
*bat: & cùm redeuntem vidit, e præ gaudio etiā c. 11. 11.*  
*flebat: Sic inquam credendum est, B. Virginis,*  
*ex inuento filio, gaudium; dolori, ex eius a-*  
*missione concepto, par fuisse: iuxta illud Da-*  
*uidis: f Secundum multitudinem dolorum in f Psal. 93. 19.*  
*corde meo, consolationes tuae laxificauerunt ani-*  
*mam meam. O VIRGO suprema, congratulor*  
*de inuento tandem dilectissimo filio. g Spes g Pron. 13.*  
*qua differebat, affligebat animam tuam: sed 14.*  
*lignum vitae desiderium veniens. verè enim li-*  
*gnum vitae inuenisti, non tibi modò mœstissi-*  
*mæ, sed omnibus universem mœstis & affli-*  
*ctis. Impetra mihi, obsecro, ita illum quare-*  
*re, ut re ipsa inueniam, eaque vitæ fruar, quæ*  
*à tali procedit arbore, Amen.*

SIM V L tamen attendendum, quantam tan-  
to gaudio modestiam sanctissima Virgo adhi-  
buerit. Etsi enim filium in medio Doctorum  
maximo omnium applausu, conspiceret: nul-  
lum tamen, aliarum matrum more, gestum,  
aut iactantia edidit indicium, quod tanti fi-  
lij esset mater: sed admirans, quod eo loco  
eum videret, quod cernebat, est venerata.  
Quo exemplo nos docuit, modestiam lætitiae  
adhibere: quemadmodum etiam Apostolus  
monuit: h *Gaudete in Domino semper: ita erum h* *Pbil. 4. 4.*

V 3

dico



dico: gaudete. modestia tamen vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim propè est, respicitq; vos. nec decet in eius conspectu, gaudium esse immodestum.

## PUNCTVM III.

M E  
I. DE PONTE  
R I<sup>o</sup> S. I I<sup>o</sup>

## I.

*Ratio Deum  
cum bene-  
uola quere  
la grandi.*

a *Iob. 7.20.*

b *13. 24.*

**C**VM filium suum MATER sanctissima vidisset, dixit ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus & ego dolentes, quærebamus te. Omnia hæc verba, mystérii plena sunt, ac propterea singula merito seorsim perpendenda.

**PRIMVUM.** Perpendam illud: Fili, quid fecisti nobis sic? quo verbo non interrogando facti causam quærere; (quæ superflua fuisset curiositas) sed cordis sui sensum doloremque aperire voluit: qui mos sancti in tribulatione constitutis, & cum Deo collquentibus, familiaris est: eoqué modo orandi, afflictionis remedium tacitè postulant: sic enim ipsi afflictionem hinc diuinæ tribuunt prouidentiæ, eam, ad ipsorum bonum ordinantis, aut permittentis; inde verò protestantur, ad eundem Dominum spectare, remedium illi adhibere. Licebit ergo interdum Domino, cùm S. Iob, dicere: a Quare posuisti me contrarium tibi: & factus sum misericordia ipsi grauius? cur non tollis peccatum meum: & quare non auferas iniuriam meam? b cur faciem tuam abscondis; & arbitrari inimicum tuum? Interdum, cum ipso Christo Do-

mino



mino cruci affixo licebit, æterno Patri dicere:  
*c Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me.* <sup>c Psal. 21. 2.</sup>  
 Nec sine mysterio aliquo B. Virgo, non *quid* <sup>Matth. 27.</sup>  
*fecisti mihi, sed nobis,* dixit: quia proprium  
 est Sanctorum, cùm necessitate aliqua premū-  
 tur multis communi, non de solo suo incom-  
 modo conqueri, aut sibi solis remedium flagi-  
 tare; sed de communi omnium tribulatione  
 dolendo, pro omnibus etiam solatium petere;  
 id quod charitatis lege facere iubemur; quæ  
 nō propria tantum bona quærit; sed quæ alio-  
 rum. Ita enim Dauid: *d Quare faciem tuam a-* <sup>d Psal. 43.</sup>  
*uertis, obliuisceris inopia nostra, & tribulationis* <sup>24.</sup>  
*nostra? exurge, adiuua nos, & redime nos.* Ve-  
 rūm in huiusmodi querelis cauendum est, ne  
 amoris & in Deum confidentiæ detrimentum  
 faciamus: ideoq; verbum aliquod querelis est  
 inferendum, quod amorem & confidentiam  
 insinuet, exemplo ipsius B. Virginis, quæ ver-  
 bo *Filius, vſa* est; & Christi, qui in cruce dixit:  
*Deus meus, Deus meus, quæ verba fiduciæ sunt*  
*& amoris.*

DEINDE, verbum illud expendam: *Pater*  
*tuus & ego:* in quo B. Virginis splendor humi-  
 litas: non solùm quòd priori loco S. Iose-  
 phum posuit, ob reuerentiam erga sponsum;  
 sed etiam, quòd palam coram omnibus, Chri-  
 sti patrem eum appellari. ex quo audientes  
 coniçere poterant, viri illius operâ Chri-  
 stum fuisse generatum: quod ad ipsiusmet  
 Virginis etiam pertinebat humiliationem.  
 Sed quæ verè humilis erat, pluris sponsi

## II.



sui, quām proprium faciebat honorem: ideo  
quē honorifico illo titulo eum compellauit:  
suo hoc exemplo docens nos, proximos hono-  
rare, etiam cum nostri honoris aliqua immi-  
nutione.

## III.

c Psal. 41. 4.  
f Sapie. 1. 1.

g Psal. 104.  
4.  
h Isiae 21.  
12.  
i Ier. 29. 13.

TERTIO denique, illud verbum expen-  
dam: *Dolentes quarebamus te*, quo docemur,  
Deum cum dolore, qui ex amore procedat,  
nobis esse querendū, si eum, vt B. Virgo,  
cupimus inuenire. Verus enim amor hos o-  
mnes parit effectus: dolorem & lacrymas,  
propter absentiam dilecti; f simplicitatem  
*cordis*: vt sincerè, non ob commodum pro-  
prium aut gustum sensibilem; sed, vt si-  
mul cum eo simus, eum queramus; diligen-  
tiam in mediis & exercitiis, quæ ad eum in-  
ueniendum adhibentur; & in eisdem, donec  
voti compotes euadamus, perseverantiam,  
uxtra Dauidis consilium. g *Quarite Domi-  
num & confirmamini: quarite faciem eum  
semper.* Et Ilaiae: h *Si queritis Dominum, que-  
rite: quasi nobis dicat: ita serio & ex animo  
querite, vt ipse dignus est, qui queratur: &  
ita fiet, vt inueniatis. ipse enim dixit: i Qua-  
retū me, & inuenietis, cum quasieritis me in  
toto corde vestro.* Quòd si adhuc ego eum non  
inuenio, id ex eo prouenit, quòd in horum a-  
liquo, meis partibus desim: quare, reflexione  
facta, inquiram quodnam illud sit, vt emen-  
dare possim.

## IV.

VLTIMO, in his B. Virginis verbis, confide-  
randa est breuitas, & apophysis, qua vla est,

non



non modò superfluè præcedendo; sed aliqua etiam, quæ ad animi sensum rectè explicadum addenda videbantur, reticendo: quæ tamen omnia voce illa *sic*, quasi artificiosa Nota & ænigmata complexa est. Quid, inquit, fecisti nobis *sic*? ex quo facilè intelligam, quanto studio B. Virgo linguam suam custodiret, verba quæ metiretur: quod aliàs etiam obseruandum monuimus: sed est in hac occasione, nescio quid singulare: ostendit enim quām mortificatos & veluti fræno cohibitos haberet loquendi impetus, qui in simili occasione ex corde prorumpunt.

## PVNCTVM IV.

**E**T ait IESVS ad illos, quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quia in hiis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse? Non minus maturum hoc fuit responsum, quām quæ Doctoribus dabat: quare, tanquam à diuina sapientia profectum, æstimandum est.

PERPENDE ergò primùm illud: *quid est quod me quærebatis?* quæ responsio, primo statim aspectu, non iejuna modò apparebat, sed etiā aspera, & reprehensionis quandam formam habens: atque si distinctius diceret: cur tanto dolore me quærebatis, qui is sum, quem perire non posse, poteratis vobis facilè persuadere. Èâ tamen sententiâ tum insinuavit, se plus quām hominem esse: tum matri dedit occasionem, heroicæ suæ patientiæ & humilitatis exercendæ; si tacens, insipidum hoc verbum re-

I.

V 5

ueren-



uerenter amanterq; susciperet: quod ipsa præststit perfectissimè. Sed obiter etiam docuit Christus Dominus noster, eos, qui Religiosorum, aut perfectionum quærentium curam gerunt, debere interdum asperioribus responsis, rerumque etiam culpâ vacantium reprehensionibus, eos exercere; quò humilitatem & patientiam, qua prædicti sunt, manifestent, ac in eis proficiant. Ut enim non adeò mirum est, si reprehensus ob culpam, taceam, quem ipsa conscientia propria iure reprehendit: ita increpationem audire, cùm conscientia non accusat, sed innocentem omnino facit; eamque ferre, ac tacere; hæc verò heroica virtus censenda est.

## II.

ADIECIT verò: Nesciebatis, quod in huic quæ Patrius mei sunt, oportet me esse? Si me no-stis, inquit, & quis ego sim scitis, etiam oportuit vos scire, me in ijs debere occupari, quæ coelestis mei Patris honorem concerant, qui patrem terrenum non habeo. Quia sententia docuit, quantum studium ipse in æterni Patris seruitio poneret; qui se ad aliud nihil attendere, clarius postea professus est, cù dixit: a Quia descendisti de celo, non ut faciā voluntatem meā, sed eius qui misit me. Et iterum: b me oportet operari operacium, qui misit me, donec dies est vitæ meæ, hoc est, per totam vitam meam. Ad cuius imitationem, & ego studebo tota in eandem obsequij diuini occupationem incumbe-re; non mundi, carnis, aut amoris proprij, erubescam verò aduertens, quæcum haec tenus pro-

a Ioan. 6. 35

b Ioan. 9. 4.

cul

M E  
P. DE PONTE  
R I T. E.

cul ab hoc documento fuerim; qui quod proprium erat, sollicitè; quod verò Dei, negligenter curauerim. O bone IESUS, qui Patris tui rebus adeò semper attentus fuisti, ut planum existimes, eos, qui te noscerent, ignorare non posse, vbi quærendus & inueniendus essem; Adiuua me obsecro, ne alijs ego attendam, aut extra ea, quæ diuini sunt obsequij, inueniar; sed in eis amandis & exequendis semper occuper. Iustum certè est, memoriam, mentem, & voluntatem, omnes sensus meos, meq; ipsum totum in te & ea, quæ ad honorem tuū spectant, omnino impendere; siquidem tu semper ijs occuparis, quæ meum commodum concernunt.

## P V N C T V M V.

**Q**UINTO considerandum: puerum IESU, s. v. m. cùm respondendi finem fecisset, absque alia mora descendisse cum eis: & venisse Nazareth, suisq; illis subditum. Est vero fas eredere, matrem in itinere, distinctius quæsiuisse, quid toto illo triduo fecisset; eumque ea narrasse: *Ipsam vero, conseruasse omnia verba hac in corde suo, eaque magno suo solatio ac profectu contulisse, & expendisse.* Ex quo discam etiā in memoria conseruare, quod me Deus docebit, vt ex eo proficiam: alioqui eueniet mihi, quod Propheta dixit: a *Comeditu, & non estis satiati: & qui mercedes congregauit, non est ditatus, quia misit eas in saccum pertusum.*

DEINDE, perpendam, quām in posterum

cauta

I.

II.

a *Aggai 1.6.*



cauta circumspectaque fuerit Virgo sanctissima, ne, si è filij conspectu longius discederet; simile quid iterum eueniret. Eandem vero cautelam meritò & ego adhibeo, præteritorū lapsuum memor; ne iterum mihi cōtingat, Christum, eiusve dona amittere. O virgo beatissima, congratulor tibi ex animo de inuento, & cautiùs in posterum custodito filio: intercede, quæso, ne vnquam illum ego amittam, aut ab eo discedam; donec tecum eo fruar in æterna gloria. Amen.

## MEDITATIO XXXI.

**D E V I T A E R A T I O N E**  
*Christi Domini in Nazareth, usque ad trigesimum atatis annum.*

## PUNCTVM I.

a Luc. 2. 53.

I.



T IESVS a proficiebat sapientia, & atate, & gratia apud Deum & homines.

PRIMVM: Perpendendum Christum Dominum, ab ipso conceptionis sue instanti, ita quidem plenum fuisse sapientiā & sanctitate immensa, ut re ipsa non posset amplius in ea crescere; sed creuisse tamen in eius exercitijs; maiora indies

scien-



scientiae & virtutis; sapientie & sanctitatis interiore indicia edendo: sicut sol, et si non crescat in se, eius tamen lux ab aurora semper crescit usque ad medium diem. Quod ita Deus disposuit, ut eius nos doceret exemplo: quam ipsi gratum sit, filios suos crescere, & quotidie in virtute proficere. Hoc enim inter terreni & coelestis Adami filios interest; quod illi b ab adolescentia sua in malum sunt proni, & ut aetate, ita malitia crescunt, iuxta illud Davidis: c Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper: Hi vero Adami coelestis filii, ut Ieremias ait, d portant iugum diuinæ legis ab adolescentia sua, & levant super se: qui, ut annis, ita virtutibus crescunt, spiritum quotidie supra seipso levantes; & super ea, quæ prius habebant c ea, quare retro sunt, ut faciebat Apostolus, obliuiscente, ut ad maiora excelsioraque alia, se extendant, donec ad perfectionis culmen perueniant. Hoc itaque singulari fauore matrem suam, S. Ioannem Baptistam, aliosque sanctos, qui ab ipsa infantia Deo seruire cœperunt, prosecutus est Christus, ut f procederent crescentes ut lux matutina usque ad perfectam diem.

S E D eadem, adhuc magis in particulari, expendens, intelligam: varias esse hominum Deo seruire incipientium, siue in infantia, siue in adulta aetate, conditiones. Alij enim, cum progrediendum esset, inchoatam virtutis viam deserentes, retrocedunt. De quibus dixit ipse Christus: g qui mittit manum suam ad aram

b Gen. 3.21.

c Psal. 73.23.

d Thren. 3.

27.

e Phil. 3.13.

f Proph. 4.13.

g Lsc. 9.62.

## II.



trum, & respicit retrò, non est aptus regno Dei: erit itaque aptus inferno. Timendum est ergo

mihi, si contingat retrocedere, ne eueniat  
h Luc. 17. 32.  
i Gen. 19. 26.

quod h vxori Loth (quo exemplo Christus est usus) i quæ, cum exiueret ex Sodomis, respiciens post se, versa est in statuam salis, & in lapidem & signum cautelæ similis periculi ijs, qui inchoatum virtutis iter non prosequuntur. ALII, cum feroore incipientes, dum progrediendum erat, deficiunt: studiosa aliqua exercitia, quibus profecissent, dimittentes, aut feroorem in eis primum remittentes. Hi autem, et si adhuc iusti sunt, magno se tamen per eundi periculo exponunt: sicut Episcopus ille, quem Christus à bona quidem vita laudavit:

1 Apoc. 2. 4. *I Sed habeo, inquit, aduersum te paucæ: quod charitatem tuam primum reliquisti, ferorem videlicet, quem initio adh. bebas. Subiicitque: Memor esto itaque, ynde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac: si autem, venio tibi, & amouebo candelabrum tuum, de loco suo, atque si clarius minaretur ei: veniam, & rationem exigam à te, ac ista dignitate spoliabo: nam ferorem amisisse, cecidisse est ex altiori ad inferiorem locum: nisi ergo repares, indignuses, qui altum & honorificum locum occupes, in quo te collocaueram. A LII, & incipiunt, & pergunt, sed lento ac tepido gressu; nullo animo aut spiritu proficiendi, aut extendendi se ad anteriora. Et hi, & si in exteriori homine deficere non videantur; in interiori tamen plerunque eunt retrò; ac denique defi-*



S. Bernard.  
ep. fl. 91.  
Greg lib. 1.  
in 1. Reg.  
Aug. serm.  
15. de verb.  
Apost.  
m. psal. 83.

deficiunt omnino. Ut enim SS. Patres afferunt, in via ad cœlum statio esse non potest: sed aut progredimur, aut retrocedimus. ALII, statim atque incipiunt, in cum Dei auxilio, ascensiones disponunt in corde suo; ut in valle hac lacrymarum progressum faciant, & voti compotes fiant: euntes de virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion. Hi sunt Christi 6.

verè imitatores, quos par est me persequi; & erubescere, quod sçpè hactenus in via virtutis retrò aspexerim; & à ferore primo, quo cœperam', deciderim, aut hæream certè in tepida quadam ac remissiori vitæ ratione. Meipsum ergo iam extimulabo, vt ferore magno in posterum crescam, ipsi Christo Domino dicens: O iustitiae Sol, ita, obsecro, illustra, & accende animam meam, vt eius gressus, instar sint lucis matutinæ, quæ progreditur & crescit usque ad perfectam diem. O legislator summe, copiosam tuam benedictionem mihi impertire, vt iuxta desiderium tuum crescam in virtute & sanctitate: ascendens à gradu in gradum, donec te videam in cœlesti Sion, in secula. Amen.

## PUNCTVM II.

**D**E IN DE considerandum, coram quibus, & in quo IESVS crescere dicatur. PRIMVM ait Euangelista: Crescebat coram Deo & hominibus: quo nos exēplo duo, quæ virtus dantur extrema vitare docuit.

I.  
Modus in  
virtute pro-  
ficiendi.

ALTE-



ALTERVM indiscretè feruentium; qui nullâ hominum habitâ ratione, siue ædificantur, siue scandalizentur, coram Deo tantum crescere præsumunt: non attendentes eos, qui Deum amant, debere proximos etiam amare; & cuique ita profectum proprium quæcere licere, vt ue id in alterius cedat detrimentum. Attendum enim præcipit Apostolus, vt a qua adificationis sunt, inuicem custodiamus. ALTERVM est extreum priori omnino contrarium, & eorū, qui fictè, & hypocitarum more, omne suum studium collocant in profectu coram hominibus, apud quos maiorem querunt sanctitatis opinionem; non interim solliciti de vero solidōq; illo profectu, quem David b Ascensiones cordis appellat. Sed Christus Dominus noster, exemplo suo ita nos docuit, amplecti utrunque, vt neutrum alteri noceat: primo tamen loco collocandum esse profectum solidum in conspectu Dei; deinde etiam coram hominibus: c prouidentes, ait Apostolus, quod bonum est etiam coram eis, nō vt nos in honore habeant, aut laudent; sed d ut Deum glorificant, ipsi vero edificantur, exemplo que illo proficient: Quod si, me, quod meum est, faciente, aliquis culpâ suâ scandalizatur, aut non edificantur; non propterea crescere desinam coram Deo, & coram prudentibus & sanctis, qui hominis nomine digni sunt.

DEIN DE: Crescebat, ait S. Lucas. sapientia & gratia: quæ duo veri profectus sunt materia.

PRIVS

a Rom. 14.

19.

b Psal. 83.6.

c Rom. 12.17

d Matt. 5.17

II.



PRIVS enim in sapientia & actibus, qui ab ea procedunt, proficitur ; quales sunt Meditatio, & rerum cœlestium Contemplatio; Prudentia & discretio in actionibus & negotiis gerendis ; rerum aestimatio in gradu, quo oportet ; æternæ enim magni, terrenæ parui fieri debent : & porro ut verba sermoq; noster *colos. 4. 5.* hac sapientia condiantur. DEINDE, in Gratia est proficiendum , & in earum virtutum actibus, quæ nos apud Deum gratos & sanctos ; apud homines amabiles reddunt: in quibus Christus hoc se tempore exercebat. quales erant heroici actus Amoris Dei, & ardentis zeli gloriæ eius, salutisque animarum: Dolor intensus offendionum eius, & iacturæ eorum ; Orationis continuæ, ne perirent. Quibus adeò gratiosus gratusque Deo reddebatur, vt (quod ipse apud Isaiam dixit) *e Complacuerit sibi in eo anima eius.* Aedificabat præterea f. 4. homines; raræ modestiæ, humilitatis, patientiæ, mansuetudinis, & erga parentes subiectionis exemplis : ob quæ omnibus, quibuscum versabatur, erat amabilis. vt enim idem Isaias adiecit, *f non erit tristis, neq; turbulentus,* nec offendionis occasionem alicui dabit, aut morosus erit. O IESV dulcissime, sapientiæ gratiaque plenissime, ex cuius plenitudine iusti omnes augmentum accipiunt in vtraque, me quoque vtraque reple, ac iuua in eisdem quotidie proficere.

VLTIMO, vt magis meipsum animem, perpendam, B. Virginē his filij sui exemplis haud

*II. Part. Medit.*

X

vulga-

III.



vulgariter profecisse; & sapientia grataque apud Deum & homines semper creuisse, exulta te ipso Christo, dum matrem suam videret omnia quae ficeret ipse, amulanten. O mater eternu benedicta, patrocinio me tuo, quod, adiuua, quo & ego cresciam, sicut & tu crescebas; eum imitado, quem tu tam sedulo imitabare.

## P V N C T V M III.

**T**ERTIO considerandum, quod Christus Dominus, toto eo tempore, a duodecimo usque ad trigesimum aetatis annum, ut ait Euang. a Erat subditus illis, Matri & S. Ioseph in omnibus obediens. Vbi haec sunt pendenda: quis sit ille qui obedit, cui, quibus in rebus, & quo modo obediatur.

## I.

Quis obedit, vere est Deus infinitus, creator & supremus mundi monarcha, cui omnes se subiicere & parere tenentur. & quamvis magnum non erat, quod, qua homo, aeterno se Patri subiiceret: admirationem tamen adfert, quod matri etiam, & pauperi fabro pareat; & Creator, Dominus, Rex, creaturis, seruis, subditis suis se submittat. Quo facto meam confundit superbiam ac pertinaciam. O vilissime vermis, cur te homini non subiicias propter Deum, qui se homini subiecit propter te? Si Deus, hominis voci paret: cur tu miser, Dei voci non pares? O iustitiae sol, qui iuxta horum duorum vocem aut mouebaris, aut subsistebas, quibus te, mei amore, subiecisti: da mihi precor ut me illis, quos tui loco, mihi constitueris, omnino & ad nutum subiiciam; propria semper

volun-

a Luc. 2. 52.

M E  
F DE PONTY  
R F A J E.



voluntate abnegata, ut tuam amplectar.

DE INDE, in iis eum obedire, perpende! quæ fieri solent in pauperis fabri domo & cogita illa omnia, eoquæ modo impleuisse, quo filij solent pauperibus parentibus ministrare. Id enim faciebat Christus humilius, exactissimè, promptissimè, & summâ animi lætitia, ac perfectione, quam perfecta exigit obedientia: quæ parua æquè ac magna: difficultia, atque facilita: honorifica atque abiecta & contemptibilia complectitur. Postquam enim Deus ad aliqua abiecta præstanta se se demisit, nihil eorum abiectum amplius: sed omnia in obedientiæ æstimatione altissima & honoratissima sunt censenda: nec rem villam in Dei domo vilem reputat obedientia, quam Deus ipse iubet: satis ad rei dignitatem esse rata, quod eam Deus, imperio suo dignam censeat. sicut b Raphael summo honori sibi duxit. Tobia etiam in rebus alioqui abiectis seruire; postquam id Deus ei imponere statuit. Ex quo intelligam, spiritalis vitæ excellentiam, non tam confistere in gloriofis & præstantibus actionibus, quales sunt concionari, docere, gubernare: quam in his, quas Deus iubet, etiam si abiectis alioqui, modò ratio eas præstandi sic excelsa, qualis est magnus Dei amor, pura gloriæ ipsius intentio, promptitudo magna, cordis hilaritas, & inflamatum ipsi Deo in his omnibus placendi desiderium. & in hoc sensu consulit Sapiens: c In omnibus ope-

## II.

b Tob. 5.  
c 9.

c Eccl. 33.23.

X 2      ribus



*ribus tuis praeceps est: talem eis adhibendo modum, qui ea faciat in Dei conspectu precelere: propter quem modum, spiritu sanctitatis operandi, à Christo adhibitum, non minus eius opus excellebat, cum ferrá ligna seccaret; quamcum prædicaret, aut patraret miracula: Nec B. Virgo minus sanctitatis ostendebat, dum neret, filave duceret; quam dum aliquid obsequium filio suo exhiberet; aut aliquid eius causa pateretur. Quare merito contendam, filium & matrem in hac agendi ratione imitari, si breui compendio magnam cupio assequi perfectionem.*

## PUNCTVM IV.

**Q**UARTO considerandum, Christum Dominum, ad annum usque trigesimum, fabrilem artem exercuisse, ut ex verbis conciuium eius coniicitur: dicebant enim (*te. a Marc. 6. 3. ste S. Marco*) *a Nonne hic est faber, filius Mariae?* Sed expendenda hic sunt causæ, cur eam artem elegerit, quam etiam post S. Iosephi mortem exercuerit: (*si verum est illud, quod ante trigesimum Christi annum diem ille suum obierit.*)

**I.** PRIMA causa fuit, ut otium fugeret, nobisque laborandi, beneque nos occupandi præberet exemplum. Nam ut Sapiens ait. *b Ecol. 33. 29. Multam malitiam docuit otiositas. SECUNDA*

**II.**

causa fuit, ut maledicto, quo Deus Adamum obstrinxit, seipsum sponte subiiceret: cui di-

xit:



xit: c *In sudore vultus tuis re, certe pane. Quare*  
*toto illo tempore manuum labore panem lu-*  
*crabatur: à quo S. Apostolus, aliique sancti, la-*  
*borandi exemplum accipientes, labore manū*  
*vitam sustentabant.* TERTIA fuit, exercendæ  
*humilitatis causa, in vili illo abiecto que la-*  
*bore. Christus enim Dominus, mundi & suo*  
*rum iudicio, non sponte, ut sapientes aliqui &*  
*nobiles, qui mechanicam aliquam artem, fal-*  
*lendi, ut dicitur, temporis causa, addiscunt;*  
*sed necessitate compulsus, quod sustentare se*  
*posset, eam exercebat: nec aliter à principi-*  
*bus & nobilibus viris tunc ipse tractabatur;*  
*quam similes nunc mechanici à similibus tra-*  
*ctentur. Ex quibus omnibus affectum hauriā*  
*admirationis & imitationis, perpenso simul*  
*spiritu, quo eam artem Christus exercebat:*  
*qui dum laborabat corpore, corde orabat: ut,*  
*cum corporalis mihi aliqua incumbet occu-*  
*patio, meminerim, corde simul orare, ut eum*  
*imitari studeam: more etiam militum illorum*  
*Machabiorum, de quibus scriptum est: d quod*  
*Manibus quidem pugnantes; sed Dominum cor-*  
*dibus orantes: qui & gloriosam obtinuerunt*  
*victoriam: siquidem, S. Angustino teste, bene*  
*se compatiuntur hæc duo: ut manus labore;*  
*cor autem & lingua oret.*

## III.

d 2 Mach.

15. 27.

S. August.  
de operem Mo-  
nachorum.

## PVNCTVM V.

**Q**VINTO, considerabo, Etsi Christus Do-  
 minus, omnes in se sapientia & scien-  
 tia Dei thesauros haberet, omnesque

X 3 gratias,



eum, toto illo triginta annorum spacio, rarum humilitatis exemplū præbere, omnia illa ex traordinario silentio occultando. neque enim aut concionatus, aut docuisse, aut disputacionibus & literatorum conuentibus interfuisse; Scholas aut Vniue: sitares accessisse dicitur, vt

**a** *Iohann. 7.15.* ex ijs, quæ de eo Iudei dicebant, colligitur: **a** Quomodo, aiebant, hic literas scit, cùm non didicerit? Ex quo factum est, vt, cùm ex suis non nulli idiotam & rerum ignarum existimantes, audirent prædicantem (vt S. Marcus adi ertit)

**b** *Marcus 3.21.* b tenere eum voluerint, dicebant enim, quoniam infuorem versas est neque enim assequi poterant, talia verba & opera ab eo posse prodire, quem vili illa fabrili arte semper nouerant occupatum. Ex quo adeò raro exemplo, diccam tacere; & dona talentaque Dei, nisine cessitas ad gloriam eius aliud iubeat, occulta re. Item non leuiter mihi ipsi credere, in meis rebus, ante tempus, ostentandis, proprijs aliquius honoris & inanis gloriae intuitu: sed libenter potius vt ignotus latere; aut, si ita Deus permisserit, stultus etiam haberi: Ac denique altas humilitatis & familiarissimi eius socij, silentij radices iacere; cùm ipsum Christum exactè hæc videam amplectentem: etiā enim salutis animarum fitientissimus esset, illud tam ea iuuandi desiderium tantò tēpore continuit. Quamuis enim 25. ætatis suæ anno, & citius prædicare potuisset; abstinuit tamen: quia eo mortificationis & silentij exēplo nobis interim prædicabat; & taciorem humili-

tatis



tatis viam docebat : simul instruēs, neminem  
debere Concionatoris, aut Magistri munus  
ante perfectam ætatem auspicari: in qua didi-  
cerit in silentio, quæ possit alios verbo doce-  
re : & iactis in occulto humilitatis radicibus,  
in publicum tutiū exire, & aliis exemplo vi-  
tæ prodesse. Nec mysterio vacare censendum  
est: quod tantus Magister triginta annos silu-  
isse dicitur: ut paulò amplius quam tres con-  
cionaretur, qui, numeri trigesimi, sunt pars  
decima: sed indicare & hoc voluit, multò  
plus temporis par esse, humilitatis exercitiis  
ad profectum nostrum tribuere: quam iis, quæ  
ad alienum diriguntur: ut absque iactura no-  
stra, aliis beneficiamus. O SYMME MAGI-  
STER, cuius mihi silentium, non minus quam  
sermo prædicat: confiteor tibi, tantam meam  
esse superbiam, ut, ignarus cum sim, sapiens  
tamen haberi velim: & inaniter modicum il-  
lud, quod habeo, manifestare. Doce me, obse-  
cro, solidioris humilitatis tenere viam, tuisq;  
vestigiis insistentem, hic me ita humiliare,  
ut tecum postea regnem, in secula,

Amen.

S. Gregor.

*Hom. 1 in*  
*s. c. Ezech.*

SECVNDAE PARTIS

Finis.

*Tibun College Soc: Terv: Paderborn:*



M E  
P. DE PONTE  
R I T U E.





UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

M E  
P DE PONTE  
R R<sup>e</sup> JE.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


M E  
F. DE PONTE  
BRUGGE.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN



Bd A Th

3177

M E  
P. DE PONTE  
R. F. II.